DE HOMAGIO REVERENTIA, OBSEQUIO, OPERIS, AUXILIO ET ALIIS...

Thomas Maul, Giovanni Battista Coccini

DE HOMAGIO, REVERENTIA, OBSEQVIO, OPERIS, AUXILIO ET aliis juribus, quæ sunt inter Dominos & Subditos ex jure diligens & accurata tractatio,

THOMÆ MAVLLII CONSILIARII & Secretarii Laubacensis.

A MULTIS HACTENUS multùm expetita & utilitatis publicæ causâ forâs data.

GIESSÆ HESSORUM,
Typis Nicolai Hampelii, Typogr. Academ.

M DC. XIV.

[illegible]

[illegible]

AMPLISSIMO ET CONSULTISSIMO VIRO,

DN. MARTINO CHEMNITIO, JC.

ILLUSTRISSIMI, CELSISsimi ac Literatissimi Principis, ac Domini, Dn. PHILIPPI II. in aula Sedinensi Cancellario longè dignissimo, Dn. Fautori ac Promotori suo debita observantia honorando,

Salutem & incolumitatem ex animo precatur.

QUOTIES recordor, Amplissime & Cōsultissime Dn. Cancellarie, (recordor a. sæpissimè) beneficiorum, quæ ante aliquot annos immerēti mihi præstitit, Nobilis & Magnificus Vir, Dn. Martinus Marstallerus, Illustrissimo vestro Principi à Consiliis intimis, & Sacri Palatii Cæsarei Comes, &c. toties exultim gaudeo, & qua ratione gratitudinem meam vel signo aliquo declarem, cogito: atq; eum in finem ante biennium ANTI-MARTINIUM juris mei factum, & à Reverendo & Clarissimo Theologo, Dn. D. BALTHASARE MENTZERO, &c. quem honoris causâ nomino, conscriptum, ac

typis meis descriptum, qua potui animi subjectione, dedicavi & obtuli, ita me separaturus à numero eorum apud quos, ut cum Pindaro loquar, antiqua dormit gratia. Cùm vera amplitudini vestræ cognitum perspectumq; sit, quomodo prædictus D. Marstallerus Basileę artem Calcographicam ut addiscerem auctor & promotor extiterit, mihi etiam constet quàm arcta inter vos sit amicitia, & deniq; utriusq; pietas, industria, in consulendo dexteritas, & judicium summum toti mundo inclaruerit, facere non potui quin Amplitudini Vestræ juridicam hanc de homagio, Reverentia, obsequio, operis, auxilio & aliis juribus quæ sunt inter Dominos & Subditos submissè inscriberem, atque ita memoriam vestri quasi recentarem. Hoc ergo solicitè oro, ut Amplitudo Vestra institutum meum probet, exiguum hunc libellum æqui bonique consulat, & me favore suo & promotione prosequi non desistat. Vale vir Amplissime & Consultissime in Christo Iesu pulcherrimè ad Dei gloriam, Ecclesiæ & Reipublicæ fructum uberrimum. Dabam Giessæ Hassorum Anno 1614. die 16 Junii.

Amplit. Vestræ
Studiosissimus

Nicolaus Hampelius Academiæ
Giessenæ Typographus.

Ad

AD BENEVOLUM Lectorem.

JURIS, quod eſt inter dominos & ſubditos, in curiis eſt admodum frequens uſus, benevole lector, methodicam autem eius tractationem, qui ſcripſiſſet, quod ego ſcio, habemus neminem, ita ut magna cum temporis jactura & tædio volumina interpretum ſint volvenda, donec de iſto jure aliquid apud ipſos reperiatur. Hæc res de iis, quæ ſparſim in iſto genere ſunt tradita, conquirendis & comportandis, ante aliquot menſes, ut cogitare cœperim, effecit.

Quoties igitur ab aulicis & aliis ordinariis negociis ocioli aliquid ſubfurari potui, id pręſenti congeſtui dedi, non ideo quòd juris publici facere unquam cogitaverim, ſed tantùm ad meum ſolius uſum. Cùm verò amici huic comportationi intervenientes

me rogarent, ut comportata typis exprimenda darem, ipsorum voluntati in eo morem gessi & publicam lucem aspicere sum passus, te benevole lector, obnixè rogitans, ut hoc meum factum æqui boniq́ue consulas, istum meum laborem tibi non omninò inutilem fore spero: Vale.

AD MAGNIFICUM, NOBILEM & Consultissimum Virum,

DN. MARTINUM MARSTALLERUM, IN AULA SEDInensi Consiliarium intimum, Sacri Palatii Cæsarei Lateranensis Comitem, Dominum suum piè observandum.

Ergo etiam nostras tua fama migravit in oras
Marstallere, *Dices decus admirabile sacra!*
Virtus nempe vehit cœli ad semptemplicis orbeis,
Virtus Lethéis mersum caput eximit umbris,
Virtus doctorum servatq; creatq; favorem,
Doctorumq; Ducumq; creat servatq; favorem.
Macte ista virtute tua quæ laude perenni
Te mactat, famaq; cito pede vectat in orbe!
Macte, inquam, & per me, vir præclarissime, *salve,*
Quem nunquam vidi, quem nunquam fortè videbo,
Vt fert conditio & rerum fortuna mearum,
Sicut Doctori *quoq; scripsimus ante* Cramero,
Qui decus Eusebies & vir Clarissimus audit,
Audit & est cordis meritò pars maxima nostri.

Casparus Finckius, Giessensis SS. Theolog. Doctor, in Academia Patria Profess. Ordinar. & Ecclesiastes.

IN LIBRVM DE Homagio.

Consulere in medium quisquam potis. Optima rerum
Ebulliunt animo prudenti, & nemo negabit
Fervere Consiliis Sapientum pectora sanis,
Decretisq; vigere Forum, curisq; Senatum.
Et probat hicce liber, probat auctor, & aula probabit
Solmea, *in Thomâ non vanos esse labores,*
Qui licet intimiùs secreta negotia claudat,
Hîc tamen extento sua commoda publicat Orbi.
Tu prælo atq; typis Hampeli spargis in omnes
Mundi oras, proprieq; dicas, qui sana procurat
Munia Stettinii Ducis, & sua jura PHILIPPO
Consulti, palmare decus tutatur & auget.
Nec quisquam fuerat, cujus nunc dignius addi
Debuit, & primo præfigi in limine nomen,
Quàm Martine *tuum; tu jus edoctus utrumq;*
Tu das jura reu & rebus consulis apta,
Nec tantum affatu molli solaris egenum
Sed re præsenti, parilìq; examine pensas
Ius Miseri & jus Felicis discrimine nullo.
Te Virtus decorat, te multis Pallas honestat
Officiis: dabis auctori laudemq; decusq;
Chalcographoq; suum; tibi sic Themis alma favebit.

Conradus Bachmannus Hist. & Poet. Professor & Bibliothecarius Academ.

TITULUS I.

DE HOMAGIIS.

SUMMARIA.

1. *Homagium quid?*

2. *Origo præstandi homagii est ex consuetudine.*

3. *Præstatio homagii est fundata in sacris literis.*

4. *Omnes subditi tenentur præstare homagium.*

5. *Etiam Principes, Comites, Barones & Nobiles personæ si sunt subditi.*

6.7. *Etiam Clerici & Ecclesiasticæ personæ, si in territorio habitant, nisi aliud consuetudine, conventione vel præscriptione sit introductum.*

8. *Si qui subditi prætendunt, se ad præstandum homagium non teneri, ipsis incumbit hoc probare.*

9. *Si in aliquo loco subditi dominis suis fidelitatem & obedientiam iurare non sunt soliti, domini adversus subditos ius exigendi*

homagii possunt præscribere 30. vel 40. annis.

10. *Domini, ut vicissim subditis suis fidelitatem jurent non sunt obligati, nisi speciali pacto vel consuetudine aliud sit inductum.*

11. *Si tamen speciali pacto est inductum, ut domini priores jurent, vel stipulata manu vel datis literis promittant, domini ad id faciendum omninò tenentur.*

12. *Si domini id facere differunt citra periculum, & piaculum ullum possunt subditi homagii præstationem recusare.*

13. *Idem juris est, si speciali consuetudine sit inductum, ut domini priores iurent, vel stipulata manu vel datis literis promittant.*

14. *Si antiqua & solita est forma, ut dominus prior iuret vel stipulata manu vel datis literis promittat, & dominus recusat, potest officio iudicis vel condictione ex moribus compelli vel interdicto aliquo conveniri ut faciat.*

15. *Si quæ sunt controversiæ inter dominum & subditos, non tenetur dominus differre exactionem homagii, donec ista contro-*

versiæ

versiæ sint sopitæ vel decisæ.

16. *Quibus præstetur homagium?*

17. *Si in pago, oppido vel territorio aliquo unus dominus habet iurisdictionem simplicem, & mixtum fortè imperium, alter verò dominus ius gladii seu merum imperium, utri domino homagium sit præstandum?*

18. *In qua forma homagium sit præstandum?*

19. *Homagium præstitum præter vel cõtra antiquam formam præsumitur metu extortum & neq; ipsi iuranti, neq; ipsius successoribus præiudicat.*

20. *Si nulla certa forma apparet, quomodo iurare debeant subditi?*

21. *Homagium est præstandum mediante corporali iuramento, nisi aliud consuetudine, conventione vel præscriptione sit inductum.*

22. *Quando homagium sit præstandum? Et an subditi teneantur offerre præstationem?*

23. *Causæ ob quas subditi iure præstationem homagii recusant.*

24. *Pœna subditi recusantis præstare homagium.*

25. Dominus non potest subdito suo, homagium præstare recusanti bona propria auctoritate auferre, sed est citatione & sententia iudicis declaratoria opus.

26. 27. 28. Remedia, quibus subditi compelluntur ad præstationem homagii.

---

1 HOMAGIUM † est assecuratio fidelitatis & obedientiæ, quam subditus facit Domino territorii sub cujus jurisdictione habitat, vernacula nostra lingua die Huldigung oder Erbpflicht.

2 *Origo.* † Originem habet, nõ ex jure communi, sed ex jure consuetudinario, *Specul. in § quoniam. vers. secundò quæritur. de feud.*

3 † Et ista consuetudo est fundata in sacris literis, *Iosu. 1. v. 17. 2. Samuel. 5. v. 3. 2. Paral. 23. v. 16. 1. Mach. 14. v. 47.*

4 *Qui teneantur præstare homagium.* † Regulariter omnes subditi tenentur præstare, *c. 1. & ibi And. de Isern. Iacob. de Belvis. Bald. Alvarot. Præpos. Matth. de Afflict. & ibi Dd. qualit. deb. jur. vasall. dom. fidelit. c. 1. §. vasalli nostri, & ibi Bald. de pac. Const. Iacob. de S. Georg. in tr. feud. qui quidem investiti, num. 8. Steph. Bertr. cons. 311. p. 1. lib. 3. Ægid. Boss. in tr. crim. sub tit. de crim. læs. majest. n. 107. Iacob. de S. Georg. in tr. de homag. num. 32. Cravet. cons. 27. nu. 1. cons. 201. num. 10. & 17. Alexand. Rub. cons. 11. Socin. Iun. cons. 102. numer. 30. lib. 2.*

5 † Etiam Principes, Comites, Barones & nobiles personæ, si sunt subditi, *Ludolphus Schrad. in cons. 23. num. 149. & 50.* quòd quilibet vasallus mortuo

tuo Domino, ejus successori juramentum fidelitatis præstare sit obstrictus, *c.1 de form. fidel. c.1. de nov. form. fidel. c. 1. in princip. quæ fuit prim. caus. c. 1. in princ. de cap. Corr. c. 1. §. fin. per quos fiat investitur.* Plus autem est esse subditum, quàm vasallum, *Schneid. ad §. præjudiciales, num. 23. Instit. de action. Heig. lib. 1. q. 18. numer. 5. Nicol. Ever. Iun. cons. 41. num. 94. vol. 1.* Et subditus strictiùs est obligatus domino, quàm vasallus. *Rosenth. de feud. c. 5. q. 78. num. 5. & c. 6. q. 85. num. 6.* † Etiam clerici 6 & Ecclesiasticæ personæ præstare tenentur, si in territorio habitant, 1. *Petr. 2. vers.* 17. ibi, subditi estote omni humanæ ordinationi, & ibidē pulchrè *D. Ioh. Winckel. 1. Mach. 14. v. 47. 2. Paral. 23. v. 16. Ios. 1. v. 17. 2. Sam. 5. v. 3.* † Nisi loci cōsuetudo aliud observet, vel 7 convētione aut præscriptione Clerici & Ecclesiasticæ personæ aliud jus sibi acquisiverunt, quib. tamen in casib. nihilominꝰ Clerici & Ecclesiasticæ personæ Domino, in cujus territorio habitant, fidelitatem & obedientiam debent, *Roman. 13. vers. 1.* nisi cùm jubet peccare, *Actor. 5. vers. 29.* Dissentit Innocentius tertius Papa *in c. nimis, de jurejurand. & in cap. solicitæ de major. & obed.* ubi prohibet, ne Clerici, non habentes temporalia à Dominis secularibus, præstare cogantur homagia.

† Cùm igitur pro Dominis est regula, si qui inve- 8 niantur subditi, qui prætendunt se ad præstationem homagii nō teneri, ipsis incumbet, ut hoc sufficienter probent, quod Domini regulam pro se habentes tam diu tuti sint, usq; dum subditi fallentiam vel jus contrarium & speciale docuerint, juxta ea, *quæ tradit Bart. in l. quoties, ff. si quis caut. l. 2. in princ. col. 2. ff. si quis in jus vocat. non iver. Cravet. cons. 168. num. 8. Anch. in cons. 361. incip. dubium principale est, col. 2. & Corn. in cons. 272. col. 2. ad fin. 4. vol. Ias. in l. cætera. in 3. not. ff. de legat. 1. Rom. in cons. 123. incip. circa primum, col. 3. Paris. cons. 5. n. 5. & 6. in 4. vol.*

9 † Si in aliquo loco subditi dominis suis fidelitatem & obedientiam jurare non sunt soliti, hoc jus præstandi homagii potest præscribi, *vel.* 40. *annis, Specul. in* §. *quoniam. vers. tertiò quæritur de feud.*

10 † Domini ut vicissim subditis suis fidelitatem jurent, non sunt obligati per ea quæ tradit *Alvarot. c.* 1. *de form. fidelit. in usibus feud.* nisi speciali pacto vel consuetudine aliud sit inductum.

11 † Si speciali pacto est inductum, ut domini priores jurent, vel stipulata manu vel datis literis promittant, quòd jura, libertates & privilegia subditorũ sarta tecta, conservare & tueri velint, domini ad id faciendum omnino tenentur, dominus enim potest per conventionem juri suo renunciare, *l. si quis in conscribendo, & ibi Dd. C. de pact.* Et princeps ita ex contractu obligatur, ut quilibet privatus, *c.* 1. *de natur. feud. in usib. feud. Raph. Fulgos. in l. digna vox, num.* 5. *v. aliquãdo quæritur de contractibus & pactis. Et Cyn. num.* 2. *quæst.* 2. *C. de ll.* & jus ex contractu cum principe inito quæsitum sine justa causa adimi nequit, *Innocent. in c. quæ in Ecclesiarum. ex. de constit.* & non modò jure naturali princeps pacta, contractus, conventiones, & promissa servare cogitur, sed etiam jure divino, *c. etsi Christus, ex. de jurejur.* & in pactis & in conventionibus princeps jure communi utitur *Bald. & Dd. in l. ex imperfecto, C. de testam. Iohannes And. & Abbas in c.* 1. *extr. de præbend. Cyn. in l. digna vox. C. de ll. Dec. cons.* 404. *num.* 8. in tertia parte, nisi enim princeps pacta & conventiones servaret, sed pro sua voluntate infringere posset, nemo cum eo contraheret, & sic commercio rerum exueretur, quod esset valdè grave, *l. hi qui, C. de Apostat. Bald. in l. Princeps, ff. de ll. Iudo. Rom. cons.* 352. *num.* 22. ubi docet, quòd princeps contractum cum subdito initum servare teneatur, etiamsi liberalitatem contineat, & quòd princeps nec ex plenitudine potestatis conventionem cum alio initam rescindere

queat

queat vel cōvellere, *Paul. Castr. & alii in l. digna vox, C. de ll.* Et princeps legibus tantùm positivis & civilibus, non naturalibus sit solutus, *Dd. in l. princeps, ff. de ll.* pacta autem & contractus sunt juris naturalis & gentium. Et ligant hæc pacta non tantùm eos principes, qui ea fecerunt, sed & successores & hæredes eorum, quia hæreditas transit in hæredem cum sua causa, suisq; vitiis, oneribus & qualitatibus, *l. hæreditas, ff. de reg. Iuri. l. hæreditas, ff. de V. S. Bart. in l. 1. §. si tibi fur. dum, ff. de itin. actuq; Priv. Cyn. in l. 1. C. uti possidet.* Et filii vel hæredes non possunt venire contra pactum defuncti, cui successerunt, *l. quæst. à patre. C. de restitut. milit.* etiamsi heredum non sit facta mentio, qui enim pro se promittit sine mentione hæredis, etiam pro heredibus suis promisisse intelligitur, *glos. & Bart. in l si sic ff. de V. O. Zas. ibidem. num. 8. facit. l. si necessarias, § de vendendo, ff. de pignor. action. l. qui Romæ, §. Flavius, ff. de verbis oblig.* Et regulariter pacta, conventiones & contractus ex sui natura ad hæredes transeunt, *Ias. in d. l. si sic, num. 14. & 17. & ibidem etiam Alex. & alii Bala. in l. 2. C. de constitut. pecun.* Et quælibet conventio in dubio censetur esse realis atque ob id ad hæredes transitoria & non personalis.

12 † Et quod dixi, si speciali pacto sit inductum, ut domini priores jurent vel stipulata manu, vel datis literis promittant, se jura, libertates, & privilegia subditorum non esse violaturos, dominos ad id faciendum omnino teneri in tantum est verum, ut si domini id facere differant, citra periculum & piaculum ullum possint subditi homagii præstationem recusare, quòd liceat non servare fidem ei, qui violat *l. cùm proponas, 2. C. de pact.*

13 † Idem juris est, si speciali consuetudine sit inductum, ut domini priores jurent, vel stipulata manu vel datis literis promittant, nam si domini facere differunt, subditi jure possunt homagii præstationē

recuſare, quia ſimulatque quid fieri conſuevit, non eſt immutandum, *l. quod ſi nolit, §. aſſiduè, ff. de ædil. edict.* Et in exactione fidelitatis nõ eſt inducenda novitas, *Specul. in tit. de feud. §. quoniam, verſ. & nota in ult. col.* & ſolita in juramentis præſtandis conſuetudo eſt ſervanda, *c. dilecti, ex. de major. & obed. c. cum conſuetudinis, extr. de conſuetud.* & ideò dicit Bald. quod nova juramenta extorta contra conſuetudinem intelligantur per impreſſionem præſtita, *l. ſi per impreſſionem, C. quod met. cauſ.*

14 † Imò poteſt Dominus, ſi ita antiqua & ſolita ſit forma, officio judicis vel condictione ex moribus compelli vel interdicto aliquo cõveniri, ut idem faciat, quod ipſius prædeceſſores fecerũt, *l. quod ſi nolit, §. aſſiduè, ff. de ædil. edict.* nam princeps tenetur ſubditos conſervare in eo ſtatu, in quo illos reperit *Ioh. de Plat. in l. neminem, C. de decur. lib.* 10. *Rolan. à Val. conſ.* 1. *n.* 104. *lib.* 1. *facit gloſſ. in l. moveor, C. ſi ſervus export. ven.* Et omnis novitas eſt mala & vitanda, *Bald. Angel. & Iaſ. in l. rebus, ff. de conſtitut. princ.*

15 † Si quæ ſunt controverſiæ inter Dominum & ſubditos, non tenetur Dominus differre præſtationem hujus juramenti & exactionem homagii, donec iſtæ controverſiæ ſint ſopitæ vel deciſæ.

Nam poſſunt ſalvo iſto juramento controverſiæ eſſe inter Dominum & ſubditos, & juramentum Domini, quod velit jura & privilegia ſubditorum ſarta tecta conſervare & tueri intelligitur ſolum, quod Dominus nihil velit agere violenter & de facto contra jus, non autem de eo, quod fit jure permittente, ut ſunt jure experiri adverſus ſubditos & conceſſis remediis poſſeſſionem ſuam tueri per ea, quæ tradit *Didac. Cov. in c. quamvis. p.* 1. *§. num.* 19. Quam diu igitur Dominus non agit violenter, nõ poteſt dici contraveniſſe ſuo juramento, neque poterit Dominus dici perjurus, ſi poſtea in judicio fortè cauſa cadat;

niſi

nisi sciverit, se injustam fovere causam, quòd perjurium non committatur sine dolo & intentione delinquendi, *at est communis Dd. opinio, Cagnol. in l. si quis major. num. 185. C. de transactione. Iason. in l. videmus, in princip. num. 7. ff. de in litem jurand. Iul. Clar. lib. 5. sent. §. perjurium. n. 9.*

† Homagium præstatur saltem ratione habitationis & domicilii, non autem respectu & contemplatione bonorum, quæ forte quis ibi possidet. Inde infertur, ut, si quis bona in territorio alicuj⁹ Domini possideat, ipse verò in territorio domicilium non habeat, homagium præstare non teneatur, nisi consuetudine aliud sit inductum, *Hostiens. Iohannes, And. Panor. & alii in c. nimis de jurejur. Iacob. de S. Georg. in verb. qui quid. m invistit. num. 9.* ubi inquit, se consulente ita esse judicatum, *Vult. de feud. cap. 6. num. 5. lib. 1. Schneid. de feud. par. 5. num. 68.* ubi dicit magis communem & consuetudine approbatam, & in Germania frequentius observari, ita ut non dubitet generalem esse consuetudinem, ait *Rosenth. de feud. cap. 6. q. 85. num. 8.* Tametsi non desint, qui ob bona etiam homagium esse præstandum existimant, *Isern. in c. 1. num. 1. & ibidem Alvarot. num. 1. Laudens. num. 12. & 15. Afflict. num. 12. prepos. ante n. 1. & num. 3. Schenck. num. 7. & Petr. Raven. qualit. jur. deb. Vasall. Panorm. in c. ego. de jurejur. Bursat. cons. 4. n. 11. vol. 1.*

16 *Quibus præstetur homagium.*

† Si in pago, oppido aut territorio aliquo, unus Dominus habet jurisdictionem simplicem & mixtũ fortè imperium, alter verò Dominus, jus gladii seu merum imperium, si adest conventio vel consuetudo aliqua, incolę facient homagium ei Domino, cui hoc ex ista conventione vel consuetudine competit: si verò nulla apparet conventio, nulla quoque consuetudo, incolæ præstabunt homagium Domino civilem jurisdictionem cum territorio habenti, *Afflict. in c. 1. num. 18. qualit. Vasall. jur. deb. fidelit. Marin. Frecc.*

17

de auct. & potestat. baron. erga subfeud. auctorit. 2. n. 20. 21. ubi ait, ita esse judicatum inter Regem Neapolit. & quendam Abbatem, *Rosenth. de feud. cap. 6. conclus. 85. & 20.* quod habens jurisdictionem criminalem, nullum subjectionis sive competentiæ jus habeat, nisi delicto commisso, *Afflict. d. loc. & Iacob. Butrigar. in l. 1. ff. de offic. praefect. praet.* Et habens jurisdictionem criminalem propterea malè sibi vindicet jura superioritatis, aliaq; jura, *Rosenth.* ubi supra, &c.

18 † Quoties agitur de forma homagii, semper spectari debet, quomodo hactenus homagium sit exactum. Solida & consueta forma servari debet, & si à subditis ultra vel præter consuetam formam homagium aut juramentum fidelitatis & obedientiæ exigatur, nemo subditorum tenetur hoc præstare, sed possunt subditi jure recusare, *c. dilecti, ex. de major. & obed. c. sanè, extr. de excess. Prælat. c. cum consuetudinis, ex. de consuetud. l. cum satis, 22. §. Caveant, C. de agric. & censit. libr. 11. Specul. in tit. de feud. §. quoniam, vers. & nota quod non debet, Bald. c. 1. § pactiones, n. 1. de pact. constant. Alvarot. c. 1. n. 2. Iacob. Leonar. inter cons. Alb. Brun. cons. 117. n. 65. Iacob. de S. Georg. in tr. de homagiis, n. 32. vers. sed hîc cadit, Socin. cons. 257. col. 3. ℣. Secundò infero, lib. 2. Neviz. cons. 11. n. 3. & 4. Augustin. Petro. in cons. 81. ad fin. in 1. vol. Ias. in l. testamentum ad fin. C. de testam. Ever. Iun. cons. 1. n. 180. 181. 182. vol. 2. Schrad. in tr. feud. p. 10. sect. 5. n. 98. & cons. 21. n. 182.*

De forma, in qua est præstandum homagium.

19 † Et hoc usq; adeo verum est, ut juramentum fidelitatis & obedientiæ præstitum præter vel contra antiquam formam præsumatur metu extortum, & neq; ipsi juranti neq; successoribus ipsius præjudicet, *Bald. in c. 1. n. 1. & ibi Matth. de Afflict. n. 16. qualit. jura. deb. Vasall. Iaso. in l. testamentum, nu. 5. C. de testam. Socin. cons. 257. col. 3. vers.* Secundò inferò, *libr. 2. Neviz. cons. 11. n. 3 & 4. & inter cons. Alb. Brun. cons. 12. n. 116. Ruin. cons. 111. n. 21. libr. 5. Georg. de Eccles. inter cons. feud. var.*

cons.

conf.48.nu.12.Iacob.de S. Georg.in tr.feud.verb. Et cum mero & mixto imperio,*n.16.Franc.Aretin.conf.14.n.16.conf.24.n.9.Ambrof. de Vign.inter conf.feud.var.conf.52.nu.14.Schrad. de conf. 21.n.183.& in d.tr.de feud.p.10.sect.5.num.99.* ubi dicit, quòd subditi possint agere contra dominum atq; prætendere, se illud juramentum per metum, impressionem vel errorem præstitisse, ideoq; petere hoc juramentum, quatenus formã solitam excedit, vel retractari vel declarari, quòd ipsi hoc juramento non obligentur, quodq; ipsi & posteri ipsorum id juramentum præstare non teneantur. † Si nulla certa forma apparet, debent subditi jurare ad eam formam quæ habetur *in C.1.in tit. qualit.jurar.deb.Vasall.dom.fidel.in Vsibus feud.* Scilicet sibi curæ fore, vitam, corpus, mentem & honorem domini sui. Et nihil esse addendum ex *c.1.de form.fidelit.c.1.de nov.form.fidel. in usibus.feud. tradunt gloss. & Iacob. Alvarot.in d. c.1.qual.jur.deb.Vasal.dom. Iacob. de S.Georg.in tr.de homag.nu.32.vers.8.Ever.Iun.conf. 1.n.183.vol.2.* Dissentit *Andr.de Isern.in d. c.1.qual.jur.deb. Vasal.dom.fidel.qui per c. tibi domino, distinct.63.* putat hoc juramentum subjectionis esse supplẽdum *ex.d.c.1.de form.fidel.& c.1.de nova form.fidel.*

20

21

† Nisi consuetudine, conventione, vel præscriptione aliud sit inductum, homagium est præstandum mediante corporali juramento, *c.1.& ibi And.de Isern.Iacob.de Belvis.Bald. Alvarot.Prapos.Matth.de Afflict. & Dd. qualit. deb.jur.Vasall. domi.fidel.c.1.§.Vasalli* nostri & ibi, *Bald.de hac Constant.* Et quod etiam Comites, Barones & nobiles personæ, si sunt subditi, solenniter jurare debeant, & non sufficiat ipsos simplici verbo vel stipulata manu promittere, tradit *Ludol. Schrad.in conf.23.n.149.& 150.* facit etiam quòd quilibet Vasallus, mortuo domino, successori ipsius juramentum solenne præstare cogatur, plus autem est esse subditum quàm Vasallum, ut suprà est dictum.

† Homa-

22 *Quando homagium sit præstãdum?* † Homagium à subditis est præstandum, quoties est mutata persona domini, morte vel alio quocunq; modo, *arg. c. 1. de Cap. Conr.* Item quoties quis fit subditus alicujus domini, *arg. d. c. 1.* Eo tamẽ casu, quando est mutata persona domini non tenentur subditi adire dominum & homagii præstationẽ offerre, sed expectant exactionem domini & satis est, si nõ recusent, quando dominus exigit.

23 *Causa, ob quas subditi jure præstationem homagii recusant.* † Causæ ob quas subditi jure præstationem homagii recusant sunt: 1. Si hactenus non sint soliti præstare, & id sufficienter possit probari. 2. Si sunt de jure immunes ab ista præstatione. 3. Si cõsuetudinẽ vel conventione sit inductum, ut domini priores jurent vel stipulata manu vel datis literis promittãt & novus dominus hoc facere differat. 4. Si exactor homagii non sit dominus territorii. 5. Si contra consuetam & solitam formam exigatur. 6. Si semel sit præstitum & exigatur denuo, non mutata domini persona. Sed de his causis suprà est actum, quando est dictum de personis, quæ tenentur, de personis, quibus est præstandum, de forma homagii, & quando homagium est præstandum.

24 *De pœna subditi recusantis præstare homagium.* † Pœna subditi, hoc juramentum absque justa causa domino præstare recusantis, est amissio omniũ bonorum, *Ludolph. Schrad. cons. 23 numer. 167. & seqq.* quod juramentum hoc die endtliche Huldigung à subditis exigitur, ut pax & tranquillitas conservetur, & ut purgetur & tollatur suspicio seditionis & rebellionis, & dominus assecuretur, *c. 1. & ibi, And. de Isern. Alvarot. & Præpos. quàl. jur. deb. vasall. l. præsenti circa medium cum ibi notatis, C. d. his qui ad Ecclesiam confug. c. petitio. ex. de jurejur. Bertr. cons. 311. lib. 3. p. 1.* Is verò, qui juramentum, pacem publicam respiciens, præstare recusat, bonorum publicatione punitur, *cap. 1. §. qui pacem de pac. jur. firm.* ubi textus inquit, qui pacem tenere & jurare noluerit, beneficio & lege pacis non frua-

fruatur, quod ibidem *Iacobus de Belvis. & Alvarot. & Prepos. c. 1. § final. num. 4. per quos fiat investit.* exponunt, ejus qui non vult pacem jurare, bona publicari. Item subditus, qui recusat facere id, quod de jure tenetur, dicitur rebelliter vivere, *Dom. c. finali, distinct.* 38. *Dec. c. sanè, clas. 2. nu. 3. extr. de offic. delegat.* rebellis autem omnia bona feudalia & allodialia amittere meretur, pro ut hoc est de mente *Bart. in constit. qui sunt rebelles, verb. rebellando. nu.* 17. & expresse tradit *Cur. Iun. cons.* 137. *num.* 13. *Ægid. Boss. in tr. crim. sub Rubr. de crim. læs. majest. num.* 72. 73. 74. *Socin. Iun. cons.* 68. *num.* 140. *libr.* 3. *Albin. Brun. cons.* 28. Etiam cùm dominus recognoscit Imperatorem vel alium in superiorem ita in specio tenet, *Alb. Brun. d. cons.* 28. ubi ipse attestatur etiã *Cyn. Bald. Salicet. Angel. Paul. Castr. Marc. Socin. sent. & Ang. Aretin.* ejus esse sententiæ. Eandem quoque sententiam amplectitur, *cons.* 70. *n.* 29. *libr.* 4. *Hier. Gyg. in tract. de crim. læs. majest. sub rubr. de rebell. quæst.* 18. *Ægid. Boss. in tract. crim. sub tit. crim. læs. majest. nu.* 101. Et hanc sententiam esse communem, & ab ea non recedendum, dicit *Ludolph. Schrad. d. cons.* 23. *n.* 173. fitq; amissio bonorum ipso jure, adeoque à die contracti criminis ipso jure suarum rerum dominio reus cadit, *l. fin. C. ad l. Iulian. Majestat. l.* 20. *ff. de accusat. l.* 3. § 4. *ff. de donat. Iul. Clar.* 5. *sent. § læsa majestat. crim. nu.* 9. *Treutler. disp.* 32. *thes.* 1. *lit.* 9. *Hackelm. disp.* 24. *th.* 15.

25 † Non tamen poterit Dominus subdito suo, hoc juramentum præstare recusanti, bona propria auctoritate auferre, sed est citatione & sententia judicis declaratoria opus, magistratus vel Dominus debet prius facere subditum citari ad videndum declarari rebellem, & ideo commissa esse ipsius bona, & servato ordine judiciario, desuper expectare judicis sententiam per ea, que tradunt *Anton. Gabriel. Roman. lib.* 7. *com. opin. conclus.* 12. *And. Gayl. de pace public. c.* 3. *n.* 10. 11. 15. *lib.* 2.

† Po-

26 † Poterunt subditi ad præstandum hoc juramentum compelli officio judicis, vel condictione ex moribus, seu ex *l. litibus. & l. si coloni, C. de agricol. & censit. lib. 11.* Dantur etiam domino, si sit in possessione, & subditi recusent interdicta, per ea, quæ tradit in simili *Eguin. Baro, 4. de benefic. 7. Duar. c. 19. num. 6. Zan. p. 11. Blanc. 4. feud. 1. num. 68. & seq. Hannetón. 4. feud. 2. Rosenth. c. 12. conclus. 12. num. 51. Borcholdt. c. 9. num. 28. Menoch. 1. recup. n. 87. & remed. recup. 15. num. 200. Bertr. cons. 2. n. 101.*

De remediis, quibus subditi compelluntur ad præstationem homagii.

27 † Similiter poterunt adversus subditos nolentes jurare, oder die Erbhuldigung erstatten / mandata pœnalia in Camera impetrari, si dominus immediatè subsit imperio, *Autor. quæst. in jure controvers. sive præiudicio. Camer. Imper. lit. verb.* subditus, ibi, subditi nolentes jurare.

28 † Potest etiam contra subditos, qui absque justa causa recusant per arresta bonorum & personarum procedi, bona eorum possunt arrestari, personæ carceribus mancipari, fructus fundi impediri, pignorationes jumentorum fieri, villæ rusticæ cum omnibus instrumentis quasi sequestrari, tantisper donec homagium præstent, per ea quæ tradit *And. Gayl. in tr. de arrest. Imperii, cap. 10.*

TITULUS II.

De reverentia à subditis præstanda.

SUMMARIA.

1. *Domini persona subdito semper debet esse sancta.*
2. *Subditus nunquam debet esse in aliqua con-*

consilio tendente ad læsionem aut perniciem domini.

3. *Subditus nunquam debet permanere in aliquo loco, ubi tractantur vel proferuntur vergentia ad læsionem aut perniciem domini.*

4. *Subditus nunquam debet per se aliquid facere, quod redundare possit in perniciem, damnum aut iniuriam domini.*

5. *Subditus debet dominum & honorem eius semper extollere, nec unquam malum quantumvis verum de eo loqui.*

6. *Subditis est permissum, si quæ existunt controversiæ inter ipsos & dominum, iure experiri adversus dominum. Subditi possunt congregationem facere etiam sine consensu sui domini ad collectam faciendam pro lite, quam cum domino habent.*

7. *Subditi non debent adversus dominum instituere actionem famosam.*

8. *Subditi non debent obiicere domino aliquam exceptionem, quæ dolum continet.*

9. *Subditi loco actionum famosarum & exceptionum, quæ dolum continẽt, temperatis in factum verbis & præfatione honoris uti debent.*

10. Sub-

10. *Subditus adversus dominum nec honestam actionem instituere debet, nisi cum honestate verborum.*

11. *Subditus utrum dominum citra veniæ læsionem in ius vocare possit?*

12. *Iniuriarum actio à subdito adversus dominum instituì non potest, nisi sit atrox & realis iniuria.*

13. *Interdicto unde vi & remedio. l. Si quis in tantam, C. unde vi, quando subditus adversus dominum possit uti?*

14. *Subditus dominum suum non debet deferre vel accusare nisi certis in casibus.*

15. *Nec debet subditus alium accusatorem inducere.*

16. *In processu accusatorio non debet subditus pro accusatore domini fideiubere.*

17. *Advocatus Procurator vel sollicitator non debet esse subditus adversus dominum.*

18. *Testimonium non debet perhibere contra dominum suum.*

19. *Iuramentum calumniæ non debet subditus exigere à domino suo.*

---

1 DOmini † persona subdito semper debet esse
2 sancta, † nunquam igitur debet esse subditus
in

aliquo consilio tendente ad læsionem aut perniciem domini, † nunquam permanere in aliquo loco ubi tractantur vel proferuntur vergentia ad læsionem aut perniciem domini, *c. 1. ibi nunquam scienter & in consil. de nov. form. fidelit.* † Nunquam etiam subditus per se aliquid facere, quod factum redundaret in perniciem sive damnum, aut injuriam vel contumeliam domini personarumvé ipsi arctissimè conjunctarum, uxoris puta, parentum, liberum, fratrũ, sororum, nurus, idque tam respectu corporis, quam honoris & existimationis, nec nõ possessionum sive bonorum ipsius, *c. 1. § si verò domesticus. qualit. jur. deb. vas. domino fidel.* † Dominum & honorẽ ejus subditus semper debet extollere, nec unquam malum quantumvis verum de eo loqui, *dd. text.* † Si quæ existunt controversiæ inter dominum & subditos, permittitur subditis jure experiri adversus dominum, *l. prætor. 7. § præterea ff de injur. c. 1. § si verò vasallus, ubi Alvar. num. 3. 4. Isern. num. 6. 7. Bald. num. 3. Affl. &c. nu. 70. de milit. vasall. qui contumax est, Iacob. in investit. feud. verb. & dicti vasalli pro dictis rebus, num. 7. & 8 Molin. in consuetud. Parisiens. tit. 1. de feud. § 1. gloss. 4. num. 40. 41. Wesenb. consil. 70. num. 1. August. Bero. consil. 81. nu. 35. volum. 1. Petr. Frider. Mindan. lib. 1. de mandat. c. 13. num. 1. Nicol. Evar. Iun. consil. 1. volum. 2. ordin. fam. p. 2. tit. 4.* Et possunt subditi congregationem facere, & quidem legitimè etiam sine consensu sui ordinarii ad collectam faciendam pro lite quam cum domino habent, *Roland. à Val. consil. 17. num. 28. 29. 30. 31.* Non tamen debet adversus dominum instituere actionem famosam, quales sunt actio, quæ datur in eum, qui ut calumniæ causa negocium faceret, pecuniam accipit; actio furti, actio vi bonorum raptorum, actio injuriarum, actio de dolo, actio pro socio, actio tutelæ directa, actio mandati directa, actio depositi directa; actio servi corrupti si ventris

3 4 5 6 4

nomine in possessionem calumniæ causa missa dicatur domina: non etiam debent instituere actionem, quæ doli vel fraudis habet mentionem, quamvis non jure, sed tantum facto infamet, quales sunt condictio furtiva, actio quod metus causa, interdictum unde vi, remedium, *l. si quis in tantam, C. unde vi.* † Neque debet objicere aliquam exceptionē quæ dolum continet, *l. 1. C. de obs. patr. præst. l. honori, l. parens, l. licet, ff. eod. & l. non debet, ff. de dol. l. sed si hac, § prætor, ff. in jus voc.* † Sed harum actionum & exceptionum loco temperatis in factum verbis & præfatione honoris uti debent, *l. non debet, ff. de dol.* cujus praxin docet *Bartol. in l. infamem, num. 4 ff. de public. judic. & Angel. Instit. de exception. in princip. Ludov. Gomez. Instit. de action. in princip. num. 24. in fin. & eleganter Laurent. Calcan. in consil. 1. num.* 20 ubi dicit, (& hæc diligenter notanda sunt) quod narrandum sit factum eo modo quo factum est, ut etiam ex facti narratione dolus seu violentia vel quid aliud illicitum animadverti possit, sed non dicatur, quod dominus, pater vel patronus fecerit dolosè aut fraudulenter (ab his enim verbis est temperandum) sed dici potest, quod fecerit scienter & hoc modo actio temperabitur in factum conceptis verbis, *per l. non debet, ff. de dol, ubi Iacob. de Aren.* dicit, ponderanda esse verba illius textus, qui non dicit narrationem facti esse temperandam, sed ait actionem debere temperari scilicet ut in conclusione non fiat mentio doli sed potius bonæ fidei, quia nimirum bona fides non patiatur, quem locupletari cum alterius jactura, & grave esset hoc damnum sentire vel aliis similibus verbis, quam sententiam secuti sunt alii per calcaneum ubi supra, *Et Nicolaum Ever. Iun. consil. 1. vol. 2. num.* 124. relati.

10 † Imò nec honestam actionem instituere debet, nisi cum honestate verborum, *l. 4. C. de obs. patr. præst.*

† Utrum

† Utrum verò subditus dominum citra reverentiæ læsionem sine venia in jus vocare possit? Doctores non consentiunt, *Bald. in l. bene à Zenone, §. sed adversus, C. de quadr. praescript.* inquit, nota, quod contra fiscum, nec contra principem vel alium dominum nō potest moveri quæstio nisi venia petita, Et *Gothofred. Ant. disp. feud. 7. thes. 2. lit. A.* dicit, sanè si vasallus, etiam sit subditus domini veniæ impetratione omnino opus habet, cum plus sit subditum esse quàm vasallum: Alii sunt, qui dicunt subdito non opus esse tali venia, & hos refert & sequitur *Rosent. de feud. c. 10. conclus. 23. n. 23.* Et hanc posteriorem sententiam vidi observari in Camera Imperiali in quadam causa, cujus ego fui advocatus, nam cum à reo objecta esset exceptio veniæ impetrandæ ad impediendam litis contestationem, pronūciatum fuit, reum ea non obstante, ad litem contestandam teneri. † Verum, quod dixi, subditum adversus dominum actionem injuriarum instituere non posse, intelligi debet nisi sit atrox & realis injuria: Nam in eo casu, ubi subditus atroci & reali injuria à domino est affectus, potest actione injuriarum adversus dominum agere, *l. 6. C. de injur. l. 38 § liberto, ff. ad l. Iul. de adulter. l. 10. §. prætor ait, ff. de in jus voc. Wesenb. de feud. c. 10, in fin.* † Similiter quod dictum est, subditum adversus dominum non posse uti interdicto, unde vi neque remedio, *l. si quis in tantam, C. unde vi*, intelligi debet, si dominus vim privatim sine armis adhibuit spoliationi, quod si dominus vim armatam adhibuit, licet subdito interdictum unde vi, *l. 1. §. interdictum hoc, ff. de vi & vi armat. & remedium, l. si quis in tantam, C. unde vi, adversus dominum intentare. Nicol. Ever. Iun. consil. 1. n. 121. 122. 123. & 125. vol. 3.* quod existimarunt legum autores illos violentos intensores omni reverētia se indignos fecisse, qui tantum facinus spreta reverentia legibus debita, patrare sunt ausi. † Præterea

11

12

13

14

propter reverentiam non debet ſubditus dominum deferre, *l.ult. C. de delat. & accuſat.l.* 8.*in fin.ff.de accuſat.l.*20.*C.qui accuſat.non poſſ.l.* 1. §.*quod autem dictum, ff.de offic.præfect. urb. l.falſi.* 5. *C.ad l. Cornel. de falſ.*niſi dominum jure mariti adulterii velit accuſare,*l.ſi adulterium,* 38. §. *liberto. ff. ad l. Iuliam de adult.* vel ſuam ſuorumvé injuriam perſequi & injuria, quam ipſe vel ſui ſunt paſſi ſit atrox, *d.l.ſi adulterium,* §.*liberto.ff. ad l. Iuliam de adulter.l.prætor.* 7. §.*præterea, ff.de injur.l.ſed ſi,* 10.§.*prætor ait in fin.ff. de in jus voc. l.cum nec.* 6. *C. de injur. vel civiliter non criminaliter de ſuis rebus agere, l.hi tamen,* 11.§.1.*ff.de accuſat.l.* 1. §.*quod autem dictum, ff.de offic.præf. urb.l.falſi,* 5. *C.ad l.Cornel. de falſis vel lege Iulia majeſtatis,l.ſi quis,* 20.*in fin.C. qui accuſ.non poſſ.vel de annona accuſare, l.* 1.*ff.ad l. Iuliam de annon.per l.*1.§. *interdictum hoc.ff.de vi & vi armat.*exiſtimo quod ſubditus, ſi dominus adverſus eum uſus eſt vi armata dominum etiam lege Julia de vi publica accuſare poſſit.

15 † Et quod dictum eſt ſubditum non poſſe dominum ſuum accuſare, in tantum eſt verum, ut etiam alium accuſatorem non poſſit inducere per ea, quæ in ſimili tradit. *Curt. Iun. in tr.feud.par.*4.*nu.*70.

16 † Neque in proceſſu accuſatorio pro accuſatore domini fide jubere per ea, quæ tradunt in ſimili *Schrad.in tract.feud.p.*9. *cap.* 8. *num.* 2.*Vult lib.*1.*cap.* 11. *num.*27.

17 † Item, non debet ſubditus contra dominum eſſe advocatus, procurator vel ſollicitator, idque non ſolum ob reverentiam, ſed etiam ob præſtitum homagium per ea quæ tradunt de vaſallo,*Curt.Iun.p.*4. *num.*72.*Roſent.in tract.feud.c.*10.*concluſ.*22.*num.*16.*&* 17.quod tantò ſanctius eſt cuſtodiendum à ſubdito, quantò ſtrictius eſt obligatus ſubditus domino ſuo, quam vaſallus, ſicuti hoc ita traditur à *Cravet. conſil.* 517.*num.* 3.*Burſat. conſil.* 147.*num.* 33.*Marin. Frecc. lib.*2.

lib.2.auctor.4.num.7.Roland.à Vall.consil. 1.num.30. vol.3.Gayl.lib.1.de pignorat.c.15.

18 † Item non debet testimonium perhibere subditus contra dominum suum, *arg. l. qui cum major. §. sed etsi, ff. de bon. libert. Curt. Iun. de feud. p. 4. num. 71.* Imò ne cogi quidem potest adversus dominum dicere testimonium, *arg. l. Iulia, ff. de testib.* nisi omnes aliæ probationes deficiant, prout in simili de vasallo tradit *Schrader. de feud. p. 9. c. 8. num. 3.*

Ultimò non debet subditus, à domino suo juramentum calumniæ exigere, *l. jusjurandum, 34. 53. ff. de jurejur.*

TITULUS III.

De obsequio.

SUMMARIA.

1. *Subditi debent dominis suis obedientiam.*

2. *Non solum piis sed etiam impiis.*

3. *Non tamen oportet subditos contra verbum & voluntatem Dei, dominorum dicto esse audientes, ubi tractatur quid subditis sit faciendum, si quid à domino iubetur, quod pugnat cum verbo & voluntate Dei, vel si idololatrici cultus obtruduntur.*

4. *Domino vel magistratui non paretur impunè, si ipsius præceptum manifestè seu notoriè est contra leges.*

5. *Si domini præceptum manifestè seu notoriè esset, contra leges & dominus vi ad obediendum subditorum aliquem cogere vellet, vi contraria eam ob causam dominus potest iustè prohiberi.*

6. *Et hoc non solum, quando præceptum domini illicitum concernit salutem vel honorem subditi, sed etiam quando concernit res subditi.*

7. *Cavebit tamen subditus, qui ita vi iniustè cogitur ne in minimo defensionis metam excedat.*

8. *Si adhuc dubium est utrum domini præceptum sit contra legem, domino est obediendum non resistendum.*

9. *Et in dubio parendum est domino vel iudici etsi damnum irreparabile esset, neque in isto casu aliud subditis quam appellatio, si tempora largiantur, est permissum.*

---

1 DOMINIS † suis subditi debent obedientiam, *Rom.* 13. 1. *Sam.* 8. *l.* 1 *ff. si quis jus dicenti non obtemp. l. injuriarum*, §. *si quis quod decreto, ff. de injur. l. non videntur*, §. *qui jussu, l. non potest dolo carere, ff. de reg. jur.* 2 † Non solum bonis sed etiam impiis, si non propter ipsos, ipsorumque malitiam, propter illum tamen, qui eos propter peccata nostra elegit, Deum videlicet, 1. *Petr.* 2. & non solum propter iram, id

est,

est, metu pœnæ corporalis qua afficiuntur contumaces ab ipsis magistratibus, sed etiam propter conscientiam, id est, quod contumacia sit peccatum offendens Deum & avellens conscientiam à Deo. † Hæc tamen obedientia erga magistratum suos habet limites atque terminos; Primò enim non oportet subditos contra verbum & voluntatem Dei, dominorum dicto audientes esse, sed si quid à domino jubetur, quod pugnat cum verbo & voluntate Dei, vel idololatrici cultus obtruduntur, subditorum est, humiliter petere, ut ipsorum conscientiis parcatur. *Esth.* 13. *Act.* 4. & ut feliciter petitio succedat, Deum ardenter invocare. *Esth.* 4. *&* 14. *Nehem.* 1. hac humili petitione subditi sæpè ut conscientiis ipsorum parcatur vel religio ipsis concedatur libera, impetrant, sicut Lysias Regi Antiocho Eupatori suasit, 1. *Mach.* 58. Et templum restitutum est illis; 2. *Mach.* 11. Si dominus ad humilem istam petitionem nolit cedere, subditi non armata manu contra dominum insurgant sicuti Socii Danielis auream statuam regis non destruxerunt, *Daniel.* 3. Et Cyrus Rex Bel idolum in potestatem Danielis tradidit, *Dan* 14. sed alio, si dominus ad obediendum pergat cogere, se conferant & malint in contemptis aliis locis ubi nihil jubetur quod pugnat cum verbo Dei, & ubi vera pietas & vera religio floret, paupertatem aliasq; calamitates ferre quàm in celeberrimis sed impiis & idololatricis civitatibus vel locis vivere, & ita multi suam patriã ut alibi syncero ecclesiæ ministerio frui potuerint, reliquerunt Abraham, *Genes.* 12. *Moyses Hebr.* 11. *Exod.* 2. *Ruth.* 1. *Tob.* 14. *de beneficio emigrationis vide* deß heiligen Reichs Religions frieden Anno 1555. uffgericht / quod si nec beneficio emigrationis licet frui, malint subditi mori, quam suas sauciare conscientias ita Socii Danielis, Sadrach, Mesach, & Abednego Babylonio

 regi

regi morem gerere detrectant in adoranda statua idololatrica & malunt conjici in caminum ignis, quàm impio edicto regis obsecundare. & Daniel ipse præcepto Regis, astu principum & Satraparum Regni extorto, de suspendendis & omittendis ad Deum precibus obsequi recusat, malens in fossam sive lacum leonum cum vitæ suo periculo conjici, unde tamen dominus illum per insigne miraculum gloriosissimè liberavit, quemadmodum & socius

4 ejus ex ardente camino, *Dan.* 3. † Secundò Dominis & magistratui non parebitur impunè, si ipsius præceptum manifestè seu notoriè esset contra legem: exempli gratia, lege cautum est, ne judex extra suum territorium existens jus dicat: item ne suprà suam jurisdictionem, velut ne de majore summa, quam ei concessa jurisdictionem patitur, judicet, item ne contra legem superioris quid præcipiat, & ne quid agat, quod ad jurisdictio & officium ipsius non spectat, si contra hujusmodi legis decreta dominus fecerit, ei impune non paretur, *l. duum virum, C. de decur. lib.* 10. *l. unica, ibi nec precepto cognitorem datum, C. qui pro sua jurisdictione judic. dare darivé poss. l. factum à judice ff. de reg. jur. l. ult. ff. de offic. præfect. urb. l. extra territorium, l. si idem cum eodem, ff. de jurisdict. omn. jud. §. & judicare in authent. de defensoribus civit. l. normam, C. de offic. præfect. prat. Orient. C. ea que fiunt de reg. jur. in* 6. *Abbas in C. si quando extra de offic. jud. deleg. Paul. Castrens. in l. ut vim, ff. de justit. & jur. num.* 4. *Ias. ibidem num.* 19. *Dec. num.* 26. *in* 3. *conclus.* Et hanc esse communem, ait *Francisc. Zoannet. in tract. defension.*

5 *tripart. ad l. ut vim, ff. de justit. & jur. part.* 3. *num* 43. † Et si in prępositis terminis dominus ei ad obediendum subditorum aliquem cogere vellet, vi utique contraria eam ob causam posset justè prohiberi, *l. prohibitum, & ibi gloss. in verb. resistentib. & l. defensionis facultas, C. de jur. fisc. lib.* 10. *l. devotum, C. de metat. & epidi-*

maticis

maticis lib. 12. l. quoniam judices in fin. C. de appellat. l. omnes in fin. C. de decur. lib. 10. l. 1. §. officium, C. ut omnes judices tam civil. quàm milit. l. his quidem, vers. Et qui susceperint, ibi scriniis etiam, C. qui milit. poss. lib. 12. l. evidenter in fin. C. de excusat. mun. libr. 10. §. quoniam verò contingit, in authent. ut nulli judic. Et quod magistratui manifestè & notoriè contra legem procedenti & aliquid molenti per defensionem resistere liceat, *tenet Thomas Grammat. in vot. 1. num. 15. & in vot. 32. n. 24. Dec. in consil. 469. num. 3. Petr. à Plaza. in epit. delict. lib. 1. cap. 28. num. 9.* ubi hanc sententiam frequentiore Dd. calculo receptam esse ait, imò adversus ipsum etiam Imperatorem vel Pontificem per defensionem se tueri permissum est, ut notat *Panorm. in c. si verò, num. 11. de pœnis, Claud. de Scytello in l. ut vim, n. 85. ff. de just. & jur. Iul. Clar. in §. homicidium, num. 30. Wesenb. consil. 19. num. 5.* Atq; hoc constitutissimum esse inter utriusque classis literatos expresè asserit, *Petr. à Plaza. cap. 28. num 7. vers.* † Quartò illud, & habēt hæc locum non solum, quando præceptum domini manifestè & notoriè illicitum concernit salutem vel honorem subditi, sed etiam habet locum, quando concernit res subditi, ut tradunt *Bart. & Dd. communiter in d. l. ut vim, ff. de just. & jur. teste Decio ibidem num. 31.* & hanc sententiam post quosdam alios communem tradit, *Iul. Clarus in d. §. homicidium, num. 25.* nec obstat jurisjurandi religio vel præstitum homagium, in omni juramento persona jurantis, eiusque jura sunt excepta, *arg. l. 53. §. fin. ff. de act. empt. l. inquisitio. 18. C. de solut. cap. petitio. 31. & ibi gloss. in verb. specialib. de jurejur. & ordinata charitas à seipso incipit. præses, C. de servit. & aq. ubi Bald. & Salicet. c. si non licet, 23. q. 5.* 6

† Cavebit tamen subditus, qui ita vi injustè cogitur, quàm poterit diligentissimè, ne ipse in minimo defensionis metam excedat. † Et hæc procedunt, si 7 8

manifestè & notoriè dominus faceret cōtra legem, si dubium esset, utrum domini preceptum esset contra legem, vel utrum id, quod ageret ad ipsius jurisdictionem vel officium spectaret, magistratui est obediendum non resistendum, *l. si quis ex aliena, ubi gl. ff. de judic. l. de jur. in princip. ff. ad municipal. l. Herennius, §. Caja, ubi gloss. ult. in fin. ff. de eviction.* Assistit namque magistratui, ex gestis ejus non solum bona quædam opinio seu juris præsumptio, sed etiam publica cum utilitate conjuncta auctoritas, cujus gratia illi in dubio est omninò parendum, resistendum autem neutiquam, *l. servito invito, §. cum prætor, ff. ad Trebel. l. si prætor jusserit, in princ. ff. de judic. l. ult. §. & licet, C. ad l. Iuliam, repet. l. vlt. ff. ne quid in loc. publ. l. qui restituere, ff. de rei vind. l. 2. ibi quod non arbitramur, C. de offic. civil. judic. §. nos autem Instit. de Attili. tut. C. in præsentia extr. de renunc. l, 1 ff. de offic. præfect. prat.*

9 † Et in dubio parendum est judici, etsi damnum irreparabile esset neque in isto casu aliud subditis, quàm appellatio, si tempora largiantur, est permissa, resistentia autem violenta nequaquam, *l. non tantum, ff, de appell. l. addictos, C. de appellat. addictos, C. de episc. audient.* Et quod opinio *Cyni in l. 1. in fin. C. unde vi. & Paul. Castr. in ut vim, ff. de justit. & jur.* volentium, quod in dubio resisti possit magistratui quando imminet damnum irreparabile, splendidè falsa sit dignosci ex *d. l. addictos, C. de episc, audient. tradit. Francisc. Zoannet. in tr. defens. tripartit. part. 3, num. 48.*

TITULUS IV.

De operis von Frondiensten.

SUMMARIA.

1. *De iure communi res, omnisq; persona præsumitur libera.*

2. *Domi-*

2. *Domini subditis suis nullas operas imponere possunt, nisi ex conventione vel præscriptione hoc ipsis competat vel hoc publica necessitas postulet.*

3. *Ex præscriptione immemoriali & bona fide acquiritur ius exigendarum operarũ.*

4. *Acquiritur etiam domino ius præstandarum operarum ex solo cursu 30. vel 40. annorum & bona fide etiamsi titulus nullus subsit.*

5. *Ex solo cursu 10. vel 20. annorum dominus nullum sibi acquirit ius.*

6. *Si cum cursu 10. vel 20. annorum concurrat titulus quæritur ius operarum præstandarum.*

7. *Quæritur etiam ex cursu 10. vel 20. annorum commodum & ius possessionis domino contra subditos ut ad operas præstandas teneantur usq; dum subditi doceant illam præstationem esse indebitam.*

8. *Si dominus se non fundat in præscriptione & cursu temporis sed in aliquo titulo seu causa & ad illius tituli seu causæ probationem inducit decennii præstationem eamque decennii præstationem probat, exinde causa vel titulus est præsumendus.*

9. *An*

9. *An dominus possit subditos cogere ad excubias agendas in aliqua turri vel castro?*

10. *An subditi istas excubias tempore necessitatis debeant agere suis, an verò domini sumptibus?*

11. *Quæ & quales operæ à subditis sint exigendæ?*

12. *Operæ indefinitæ à subditis debitæ suis dominis non debent nimis aggravari, sed reduci ad arbitrium boni viri.*

13. *Etiamsi alicui indefinita servitia & universaliter* aller Dienst *debeantur, nihilominus vel secundum antiquam formam & modum, vel si de eo dubitetur, secundum consuetudinem & morem regionis & subditorum posse sunt exigenda & præstanda, tum etiam iudicis officio vel boni viri arbitrio modificanda & definienda.*

14. *An dominus possit præstationes operarum alteri locare vel commodare?*

15. *Si subditus operas debitas uno aut altero anno non præstitit, an præcisè ad editionem ipsarum operarum non præstitarum teneatur? an verò solvendo æstimationem liberetur?*

16. 17. *Remedia, quibus succurritur subdi-*

subditis novis servitiis pressis.

18. 19. *Vbi debeant edi operæ?*

20. 21. *Cuius sumptibus operæ exhiberi debeant?*

22. *Instrumenta quibus operas debitas subditi domino præstant, an sumptibus dominorum, an verò subditorum comparentur & reficiantur?*

23. 24. *Remedia quibus subditi compelluntur dominis operas debitas præstare.*

27. & 28. *Quibus modis ius exigendi operas amittatur.*

DE † jure communi omnes res omnisque persona præsumitur libera, nisi doceatur de servitute, *l. altius, C. de servit. & aqua, l. fin. ff. de servitut. titul. generali, Bald. in c. inter filiam in tit. si de feud. defunct. controvers. idem Bald. in c. ceterum, in fin. ext. de judic. idem Bald. in auth. sicut, C. de sacrosanct. Eccles. quæ jura ad hoc allegat Iacobin. de S. Georg. in tit. de homag. num. 37. vers. in contrarium facit.* Et sic de jure communi ingenuus & liber esse quilibet præsumitur, nisi servus esse doceatur, §. 1. *& ibi gloss. in verb. aut servi. Instit. de jure person. §. 1. Instit. de ingen. & ibi not.* Et licet subditi ratione jurisdictionis teneantur domino ad juramentum fidelitatis præstandum, *c. un. in fin. qualit. vasall. jur. deb. fidelit. in usib. feud. Iacobin. de S. G. in tit. de homag. num. 32. vers. tertia species*, tamen ob hanc subjectionem & juramenti fidelitatis præstationem, jus libertatis suæ non amittunt, nec ad alia, quàm quæ in dicto juramento fidelitatis expressa sunt,

1 De causis ac modis, quibus domino jus exigendi operas à subditis constituitur.

2 sunt, astringuntur, *C. tibi domino 63 distinct.* † Nullas igitur operas domini subditis suis imponere possunt, nisi ex conventione vel ex præscriptione hoc ipsis competat, vel hoc publica necessitas postulet; *Iacob. de S. Georg. in tr. de homag. num. 33. vers. de hac materia ubi Alb. de Rosat. allegat. in l. 1. circ. 7. col. in vers. item quæro, an habens jurisdictionē in villa, C. de jurisdict. omn. jud.* Conventione aũt potest obligare personã suam & conditionem deteriorem facere, *l. cum scimus, C. de agricol. & cens. lib.* 11. *l. 1. §. 1. & l. jurisgentium, §. Prætor, ff. de pact. c. 1. &* 1. *extr. de pact.* Ita etiam tenet *Specul. in tit. de feud §. quoniam super homagiis num* 6. & 9. *versic. secundò quæritur, cap. grandi, ibi fidelitate, homagio, juramento, seu pacto si aliquibus, fortè præfato Regi, vel cuicunque alii personæ tenemini, de suppl. neglig. prælat. in 6.* quæ jura ad hoc allegat, *Guid. Papæ decis.* 314 *col. 2. incip. talliabiles, Iacob. de S. Georg. in tr. de homag. n. 8. vers. concludamus ergò.* Et liber homo potest operas suas ad tempus certum locare; *l. post certi temporis & ibi gloss. fin. C. de liber. caus.* Imò in perpetuum, secundum *Accurs. in gl. l. antiquitas super verbo nunquam, C. de usufr. & habit. l. 3. §. constituitur in gl. penul. ff. de usufr. & 1. in vers. ne tamen. Instit. de usufr.* & est communis sententia Dd. testibus *Ioan. Mont. in tr. de autorit. concilij, nu. 16. vers. videamus namq; Viv. o in com. opin. 162. in 2. part. Soarez in Thesau. lit. O. n. 16. Hipp. Bonacoss. in tr. de serv. & fam.*

3 *q. 85.* præscriptione acquiritur. † Primò jus exigendarum operarum domino ex solã præscriptione immemoriali & bona fide nam tanti temporis cursus vim habet privilegij seu tituli, *l. hoc jure, §. ductus aquæ; ff. de aqu. quot. & æstiv. c. super quibusdam, § præterea ext. de v. s. c. 1. in fin. de præscr. in 6 l. 1. in fin. ff. de aqu. pluv. arcend. gl. in c. servitiũ, 18. q. 2. Bart. in cum de in l. rem verso, n. 2. col. 3 vers. veniamus ad secundum, ff. de usur. Cald. in cons. 1. in tit. de libell. oblatione, Abbas in c. pervenit & ibid. Butri. de censib. Florian. in d. l. cum in rem verso, nu. 5. in fin.*

in fin. & *nu.6.vers.in ea gl.* & *ibidem Salicet.nu.10. Guid. Pap.q.408.in fin. Alex.in cons.113.nu.1.lib.1. Felin.in c. cum ex officij,n.13.de praescript. Ias.in l.si certis annis, col. ult.C.de pact. Paris.in cons.25.n.28 lib.4. Bellon.in cons.1. n.5.* & *Socin.Iun.in cons.6.n.13 lib.3.Curt. Iun. in consil. 20.n.4.Cravet.in cons.592.n.102.Did.Covar.in ca. possessor.p.2.§.4.n.4 de reg.jur.in 6.Hottoman.consi.103.* Et hanc esse communem & receptissimam sententiam ait, *Iacob.Menoch.in cons.90.n.65,lib.1.* & *praesump.131. n.39.lib.3.* & *ait idem Menoch.in d.cons.90.n.67.libr.1.* & *d.praesumpt.131.n.50.* quod praesumptio, quae insurgit ex hoc cursu temporis immemorialis sit juris & de jure & propterea non admittat probationem in contrarium. † Secundò acquiritur domino jus praestandarum operarum ex solo cursu 30.vel 40.annorum & bona fide,etiamsi titulus nullus subsit, *l.cũ notissimi* & *l.sicut,C.de praescript, 30.vel 40.annor. Bartholom.Brixens.in c.servitium,18.q.2.* ubi ait,quicquid dicat Ioannes,ego credo,quod ex cõsuetudine praescripta spacia quadradraginta annorum & bona fide jus & possessio acquiratur & faciant quae tradũt, *Bart.in l.Solent,§.1.in fin.ff. de offic.procons.* & *legat.Bal. in l.male agitur,C.de praescr.30.vel 40.anno.* & hoc secuti *Francisc.Balb.in tr.de praescript.in partic.3 part.princ.q. 10.n.34.* & *in 4.partic.4.part.princ.q.9.* & *q.11.n.3.Goz. in cons.9.n.7.* & *8.Molin.in comment. ad consuet. Paris.in tit.1.§.7.n.21.Didac.Couar.in c.possessor.p.2.§ 4.n.3.* & *5.Menoch.praesumpt.131.n.51.lib.3.* & *Frid. Husan.in tr. de hom.propr.q.pr.3.n.22.* & *23.* Ratio est,quia titulus necessarius non est in praescriptionẽ 30.annorũ, sed sola ipsa bona fides sufficit, uti scribunt oẽs *in c.si diligenti.d.praescr.* & qd dicitur, tempus solũ non sufficere ad inducẽdam obligationẽ, intelligi debet de decennio & vicennio, & qd dicitur istas operas praesumi metu extortas, nõ intelligit de dominis,cõtra quos apud superiorẽ põt haberi recursus, *Luc.de pen.in l.2.*

4

in 2.

in 2.lectur.num.9.C. de agr. & cens.libr.11. Natta consil. 106. *num.* 12. qui intelligit de domino tam potente, cui non potest populus contradicere. † Cæterum ex solo cursu 10. vel 20. annorum dominus nullum sibi acquirit jus, *l.operis,ff. de oper. libert. l.creditor, C. de usur.l. ult. C. de præscript. long. tempor. l. obligationum, §. placet,ff. de act.oblig.Bart.in d.l.cum in rem verso.colum.3. num.2. vers. 1. casu, ff. de usur. & ibidem. Floria. num.9. vers.sed si fundat, & Salicet.num.3.in fin.& num.5. Curt. Iun.in l.si certis annis,num.14. vers. circa gloss.C. de pact. Francis.Balb.in tract. de præscr. in 1.particul. 3.part. princ. q.10.num.7.vers.aut verò.Didac.Covar. in c.possessor p. 1. §.4.num. 2. vers.ex qua. & Vasq.in comment. controv. illustr.cap.84.num.41.Iacob.Menoch.præsumpt.131.num.* 54. † Ex illo tamen tempore & titulo quæritur jus operarum præstandarum. † Quæritur etiam ex illo minoris temporis cursu commodum & jus possessionis domino contra subditos, ut ad operas præstandas teneantur, usque dum doceant subditi, illam præstationem esse indebitam, & quamdiu est quæstio, an talis præstatio sit debita, semper erit possessor in possessione tuendus, *c. volumus, 16. q. 4. & c. 1. extr. ut lite pendente, & l.penult.ff.de aqu.quot. & æstiv. gloss.in l.servitium circa medium*, 18. q. 2. *Petr. Anton. de Petr.in tr.de potest.princip. & infer. ab eo, c. 6.part. qua distinguuntur servitutes, num.3.* ubi dicit, circa possessorium, si dominus est in quasi possessionem talium onerum & fuit spoliatus per subditos, isto casu debet manu teneri vel integrari, donec per subditos contrarium probetur, *C. querelam, de elect.* & ita tenet *Iacob. de S. Georg. tit. de homag. num. 37. vers. Petrus in hac materia.* Imò potest dominus propria auctoritate sibi facere jus, *Specul.tit.de feud.§.quoniam, num.34. in 18.q. Luc.de pen.in l.litib. in 2.lect. num.6.c.de agric. & censit.lib.11.* † Vult etiam *Petr. Anton.de Petr. ubi supra num.4.* Si dominus se non fundat in præscriptione & cursu

cursu temporis, sed in aliquo titulo seu causa, & ad illius tituli seu causæ probationem inducat decennii præstationem eamque decennii præstationem probat, quod ex inde causa vel titulus sit præsumendus; & nisi à subditis contrarium fuerit probatum, dominus obtinere debeat allegat, *Iacob. de S. Georg. in tit. de homag. num. 19. versic. aut allegat minus tempus, & num. 37. in fin. & Archidi. in c. servitium 18. q. 2. nu. 5.* dum modo singulis annis facta sit præstatio, *Menoc. lib. 3. præsumpt. 131.* Carolus quintus in regno Hispaniæ in Madritio conventu Anno 1528. disposuit, ut commodū & & jus possessionis, ut nimirum in possessione vel quasi dominus defendatur, usque dum doceant subditi præstationem esse indebitam, quadraginta annis quæreretur, Proprietas autem centum annis, eam constitutionem justissimam & à receptissima Doctorum sententia deductam esse opinatur, *Covar. p. 2. relect. c. possessor, §. 4. num. 5. Diss. Anton. de Padill. in l. si aquam, num. 38. C. de servit. & aq.* ubi dicit, ex sola immemoriali, nisi titulus aliquis vel tituli aliqua adminicula probentur, se non existimare pro dominis judicandum, cum tempus immemoriale vitium impressionis quid ipse præsumat, non excuset. † Sed hîc quæri solet, si neque pacto neque consuetudine hoc sit inductum, an nihilominus dominus possit subditos cogere ad excubias in aliqua turri vel castro domini? & sciendum est hoc casu non teneri, nisi tempore necessitatis & ingruente hostium in cursu, *Bart. in l. 20. §. libertus, 12. num. 15. ff. de condict. indeb. Iacob. de S. Georg. de homag. num. 43. Beust. in rubr. de jurejur. num. 42. Petr. Anton. de Petr. in tr. de potest. princ. cap. 6. part. qua distinguuntur servitutes, num. 38. & cap. 10. num. 36. Frider. Husanus in tr. de hominibus prop. cap. 6. num. 96. 97. 98. Guid. Pap. decis. 631. num. 6. Rip. in tr. de pest. de remed. conserv. num. 201. Surd. consil. 83. num. 7.* cui consentit *August. Elect.*

9

Sax.constit. 51.*p.* 2. in verbis. Da aber dannoch derwegen eine verwerte gewonheit / oder aber sonderliche *pacta* vnnd vereinigungen könten dargethan werden / oder es were in gemein Kriegsleufften / oder dz Mordbrenner schaden theten / oder die Herrn hetten abgesagte Feind. † Istas tamen excubias etiam tempore necessitatis subditi non agent suo victu & sumptibus sed domini, *Angel. in l. turres, C. de oper. publ. per illum textum, Ias. in l. sumptus, num. 9. ff. de legat. 1. & in l. divortio, §. impendit, num. 3. ff. solut. matr. Natt. cons. 185. Surd. cons. 83. n. 7. Andr. Gayl. in tr. de arrest. Imp. c. 9. n. 6. &* 17. ubi dicunt quod dominus castri tàm in construendo, quàm in reparando fortalitio tenetur suis impensis & salariis hoc facere, nisi tempore belli & necessitatis domini crumena non sufficeret, & quòd princeps si milites convocare & bellum gerere velit, prius marsurpium excutere, quàm à subditis illud exigere debeat.

10

11

Quæ & quales operæ à subditis sint exigendæ?

† Porrò si dominus ex conventione vel præscriptione habet jus exigendi à subditis operas, aliter non poterit tales operas imponere & ab eis exigere, quàm juxta morem solitum, *C. servitium,* 18. *q.* 2. & *C. contra morem,* 100. *distinct. c. pervenit, ext. de censib. & l. de usu. ff. de var. & extraord. cognit.* ad insolita servitia subditi urgeri non debent, *l. 1. C. in quib. caus. colon. cens. domin. accusar. poss. libr.* 11. Et servitia sive operæ definitæ non sunt extendendæ, sed intra fines suos, quibus definitæ & circumscriptæ sunt, coercendæ, *text. in c. dilecto, de offic. Archid. Facult. Iurid. Marpurg. consil. 30. num. 212. vol. 2 Bald. in l. hu quibus, C. de fideicommiss. Ias. in l. placet, num. 19. C. de sacrosanct. eccles. Menoch. consil. 32. num. 62. volum. 1. text. in l. 1. C. ne rustic. ad ullum obseq. de voc. libr. 11. l. unic. C. ne operæ à collat. exig. libr. 10. Andr. Gayl. libr. 1. obs. 17. num.* 3. Et inprimis novitas est fugienda, *l. cum satis, §. caveant, C. de agric. & censit. libr.* 11. arguitur fraus ex novitate

tate, quando quid tentatur contra antiquam consuetudinem, *Cravet. consil.* 238. *num.* 14. *versic. Secundò respondeo.* Et nova servitia præsumuntur impressiva, *Iacob. de S. Georg. tit. de homag. num.* 43. & per vim & metum extorta, *l. si per impressionem*, 11. *C de his quæ vi, met. caus. cap. sane ext. de excess. prælat. dict. l. cum satis, §. caveant*, *C. de agric. lib.* 11. hinc si subditi soliti erant à suis habitationibus ad unam aliquam arcem aut castrum plaustra, equos, vel operas præstare, longiùs evocari non debent. Et sic Camera Imperialis in causa der vier Dörffer in Hatgaw / contra Hanaw / 8. *Martii Anno* 1553. pronunciavit, quod ad arcem in Hatgaw, & ad aulam domini Comitis & non ulterius debeant evocari. & cum postea ad aliquot miliaria contra quam soliti vinum adferre coacti & desuper conquesti fuissent, 21. *Aprilis, Anno* 1567. id quoq; improbatum fuit.

† Operæ indefinitæ à subditis debitæ suis dominis, non debent nimis aggravari, sed reduci ad arbitrium boni viri, *l. si libertus*, 30. *in princ. ibiq; Gothofred. de oper. libert. Beust. in rubric. de jurejur. numero* 41. *Frider. Husan. in tr. de hominibus prop. quæstion.* 4. *princ. part. prior. membri* 2. *num.* 68. Es will ein solche moderation gehalten sein / daß die Underthanen wider die gebühr mit Frondiensten / nicht dermassen beschweret werden / daß hierdurch sie / jhr Weib vnnd Kinder an jhrer täglichen Nahrung verkürtzt / vnnd darneben jhrem Feldt vnd Haußgeschäfften der notturfft nach / nicht abwarten können. Nam secundum jura homines etiam proprii, qui libertis æquiparantur, secundum *Ioannem Sichardum in l. libertorum, numero quarto, C. de testib.* & servili apud omnes nota laborant, secundum *Zas. in memorab. cap.* 3. *numero* 76. *respons. libro primo*, etsi ad operas indefinitè & universaliter eas teneantur, quæ moribus in eorum curia, cursibus seu confiniis

12

ſunt introductæ, veluti ut ligna ex ſylvis ad dominorum utilitatem: item frumenta, vina & ſi quæ alia ſunt, quæ dominis proveniunt, in ædes dominicas convehant, metant, ſerant, arent, & ſi quæ ſunt ſimiles operæ. Non tamen debent aſſiduis gravari operis, ne non ſuppetat eis tempus ſe & ſuos alendi ſecund. *Zaſ. in memorab. c. 3. num. 82. reſp. lib. 1. arg. l. cum patronus, in fin. ff. de oper. libert.* ubi text. inquit, *in omnibus operis præcipuè obſervandum eſt, ut temporis ſpatia, quæ ad curam corporis neceſſaria ſunt liberto, relinquantur, l. nec audiendus, ff. eodem* ubi textus ait, *nec audiendus eſt patronus ſi poſcat operas, quas vel ætas recuſat vel infirmitas corporis non patitur, vel quibus inſtitutum vel propoſitum vitæ minuatur.* & in *l. aut certè, ff. eod. tit.* ait Ictus Cajus, *ita ſunt exigendæ ab eo operæ ut iis quoq; diebus, quibus operas edit ſatis temporis ad quæſtum faciendum, unde ali poſſit, habeat,* & eſt elegans tex. in *d. l. ſi libertus, ff. eodem ſi libertus ita juraverit, dare ſe tot operas, quod patronus arbitratus ſit, non aliter ratum eſſe arbitrium, quàm ſi æquum ſit arbitratus, & mens ferè eſt ea perſonā arbitrio ſubſti- tuentium, ut quia ſperent eam rectè arbitraturam id faciāt, non quia vel immodicè obligari velint.* & in *l. pen. ff. eod. tit.* dicitur, *operarum editionem pendere ex æſtimatione edentis, nam dignitati, facultatibus, conſuetudini, artificio ejus convenientes edendas;* Si igitur homines proprij aſſiduis operis gravari non debent, multò minus ſubditi, qui ingenui ſunt & liberæ perſonæ reputantur, aſſiduis operis ſunt gravandi, ne non ſuppetat eis tempus, ſeſe & ſuos alendi.

13 † Etiamſi alicui indefinita ſervitia & univerſaliter aller Dienſt debeantur, nihilominus vel ſecundum antiquam formam & modum, vel ſi de eo dubitetur ſecundum conſuetudinem & morem regionis & ſubditorum poſſe ſunt exigenda & præſtanda, tum etiam judicis officio vel boni viri arbitrio modificanda & definienda *Dd. in l. ſi ſit legatum, § ſi mihi,*

ff. de

ff.de legat. 1. Alex. in l. locus. ff. de acquir. poss. Bald. in c. fin. de probib feud. alien. per Frideric. Specul. in tit. de censib, de offic. jud. & in tit. de major. & obed. §. 2. vers. sæpè. decis. seu præjudic. Cam. Imper. in verb. Royda, opera, servitia. & in verb. subditi.

14 † Tandem hîc sciendum est, quod dominus possit præstationes operarum fabrilium alteri locare vel commodare; dummodo conditio subditorum exinde non fiat deterior, officiales verò operas alteri nec locare, nec ad externorum vel vicinorum res curandas commodare potest, *l. si non sortem, §. libertus ibi. sed si delegatus. ff. de condict. indeb.*

15 † Si subditus certas debet operas, & uno aut altero anno non præstitit, rectè à domino exiguntur, *l. 4. l. 22. l. 44. ff. de oper. libert.* quod intellige, si subditus interpellatus neglexit præstare. Quod si dominus non exegit, æquius est, non præcisè ipsam operarum editionem, sed potius earum æstimationem exigi, cum in mora non fuerit, & ipsius magis intersit exhibuisse operas suo tempore, *Iacob. de Rojid. nu. 2. Ioann. Ferrar. libr. 6 feud. cap. 3. § sed de hoc, Bartol. in l. stipulationes non dividuntur, 72. §. fin. ff. de V. O.*

16 † Si quis extraneus gravet alterius subditos, servitiis indebitis, datur domino istorum subditorum actio negatoria adversus istum extraneum, ut à tali gravamine abstineat, damnaque resarciat, præstita desuper cautione de ulterius non molestando: *Acad. Marp. Profess. consil. 30. num. 12. & 13 vol. 2.*

De remediis quibus succurritur subditis contra jus novis servitiis pressis.

17 † Quod si dominus premit subditos contra solitum serviendi morem vel contra jus nova imponês servitia, tunc eo nomine agi potest contra dominum ex *l. 1. C. in quib. causis col. cens. dom. accus. poss. libr. 11.* ut solvat id, quod ultra debitum exigit, & in posterum ultra debitum exigere prohibeatur.

Conceditur etiam subditis, adversus dominum, à quo in sua pacifica liberate turbantur & molestia

afficiuntur, officium judicis, *l. cum satis*, §. *caveant*, *C. de agric. l. illicitus*, *ff. de offic. præsid. Bald. in l.* 1. *C. eorum de manumiss. Andr. Fachin lib.* 1. *cons.* 4. *n.* 25. *Petr. Rebuff. ad regias constitutiones Galliæ tom.* 3. *tit. de materiis possessoriis*, *art.* 5. *gl.* 1. *n.* 16. Competit etiam subditis actio utilis negatoria, qua subditi possunt petere, ut declaretur jus non competere domino exigendi plus, quā hactenus exactum sit, & ideò illis prohiberi, ne plus exigant, *Rebuff. d. loc. Fachin. d. cons.* 4. *n.* 24. Competit etiam utile interdictum uti possidetis, si subditi sūt in possessione vel quasi libertatis, vel sunt in possessione, ne plus exigatur, *Menoch. de retin. poss. remed.* 3. *n.* 122. 123. *& n*, 131. 134 137. 139. *& n.* 103. *Fach. d. cons.* 4. *n.* 26. In Camera Imperiali solent quandoq; mandata sine clausula decerni, *And. Gayl. lib.* 1. *obs.* 17. *n.* 1. Sed hoc intelligendum est de iis casibus, ubi evidens periculum est in mora vel damnum irreparabile ꝓponitur, quod moram ferre nequit, vel factum domini omni jure est prohibitū, veluti si dominus subditis alimenta subtrahat, si cum discrimine vitæ vel valetudinis vel fortunarū subditos se ad cautionem judicio sisti offerentes in carcere detineat, si vineas vel Sylvas antiquas vastet, si contractus jure gētium permissos prohibeat, si subditos cogere velit, ne jure agant, vel ut à jure cœpto desistant, si subditos via publica uti impediat, vel similia committat.

Verum antequam his in casibus huiusmodi mandatum sine clausula decernatur, prius magistratui vel domino pro statu causæ scribitur, **wird erst der Obrigkeit geschrieben/der Unterthanen anbringen zuerkennen gegeben/und darauff ein standhafftiger gründlicher bericht begert.** Inauditis dominis nisi ex gravib. & notoriis causis mandatum sine clausula ad instantiam subditorum nō debet decerni, quia in dubio pro magistratu militat præsumptio, & facti serie a magistratu transmissa, siquidem subditi

cam

eam probabiliter confutare & verisimiliter probare possunt, decernitur mandatum sine clausula, sin minus mandatum denegatur. *Recess. Imper. Anno* 1594. Si verò in informatione magistratus narrata saltem negantur, similiter mandata sine clausula non sunt decernenda, nisi subditi narrata verisimiliter probent, vel facti circumstantiæ aliud suadeant, *Recess. Imp. Anno* 1594. Si ex informatione magistratus constat non quidem mandatum sine clausula competere, aliquo tamen remedio subditis succurrendũ esse, & magistratus est comes, baro, nobilis, consul & senatus, qui privilegiatam instantiam ratione subditorum non habet, vel jurisdictio ex continẽtia causæ est fundata judex mãdatum cum clausula decernit, quod judex fundata jurisdictione processus potiꝰ decernat, quàm deneget, ubi verò princeps à subditis accusatur, & non potest mandatum sine clausula decerni, mandatum cum clausula decerni non debet, ne præjudicium & fraus fiat privilegiatæ instantiæ der Austrag. Hæc ita de jure, sed pii subditi meminerint istius EURIPIDIS: ô senex ne cum regibus contenderis, venerandos enim esse principes antiqua lex est. Et quod onera ista ut plurimum sunt pœna divina, quare imitentur Israelitas, qui *Exod.* 13. pressi servitute nihil hostile moverunt, sed gravamina patienter tulerunt, donec DEUS avertit.

18 *Vbi debeãt edi opera.*

† Sciendum est, in operarum promissione hoc actum intelligi, ut operæ eo loco reddantur, ubi dominus moratur, atque ita non extra territorium seu loca jurisdictioni domini subjecta, *l.* 20. *l.* 21. *ff. de oper. libert. Iacob. de Royd. num.* 7. *Decis. Cam. Imper. in verb. Royda vers. extra territorium*, nisi consuetudo aliud suadeat, aut prædiorum gratia tam intra quàm extra territorium sit inserviendum, *Ferrar lib.* 6. *feud. cap.* 3. §. *hinc est, quod subditus, Frider. Husan. cap.* 6. *q.* 4. *num.* 90.

19 † Diruto castro ad quod subditi tenebantur operas edere, & novo non ibidem sed alidi instaurato, subditi ad novum castrum operas præstare coguntur, dummodo conditio subditorum exinde non deterior fiat, quia permissum est domino operas sibi debitas in id, quod maximè sibi necessarium videtur, convertere arg. *l. legatam, 4. ff. de administr. rer. ad civit. pertinent*, *l. fin. in princ. de oper. public.* & succedaneum sapit naturam ejus, cui surrogatur, *Iacob. de Royd. num. 50. Ioann. Ferrar. lib. 6. feud. cap. 3. § sed quid si castro.*

20 † Si quidem pacto quidpiam de hoc reperiatur cautum, nemini dubium est, id esse servandum, *l. 1. §. si convenit, ff. depos. l. 1. ff. de pacto, l. 1. ff. de constit. pecun.* Eo non extante servanda erit consuetudo loci, sive regionis, *l. semper in stipulationib. ff. de reg. jur. l. licet, 8. l. excepto. 18. C. de locat. & conduct.*

Cujus sumptibus operæ exhiberi debeant?

Deficiente verò pacto & consuetudine tenentur subditi suo sumptu operas debitas implere ad exemplum, *liberti, l. suo victu, 18 ff. de oper. libert.* quod si subditus ex inopia alere se non potest, præstanda ei sunt alimenta à domino, aut certè ita exigendæ ab eo operæ, ut his quoque diebus quibus operas edit satis temporis ad quæstum faciendum unde ali possit, habeat, *d. l. suo victu cum duabus seqq.* Item si procul è territorio suo subditus dominum sequi teneatur, operæ sumptu domini à subdito eduntur, *l. 20. & 21. ff de oper. libert.*

21 † In precariis etiam & quæ citra obligationem mero domini rogatu præstantur, incumbit onus alimentorum domino. quoties enim ex liberalitate alicujus præstantur alteri operæ sumptuum erogatio pertinet ad eum, cui præstantur, *l. in reb. § possunt, ff. commod. Bart. in l. si non sortem, § libertus, num. 32. ff. de condiction. indeb. Bal. in l. liberti, C. de oper. libert. Iacob. in tr. de Royd. seu oper. n. 6. Surd. in tr. de alim. tit. 1. q. 56. n. 12.*

† Instru-

22 † Instrumenta quoque sine quibus operas domino debitas præstare nequit, suo sumptu, subditus & comparat, & rupta aut fracta reficit, *l. 2. §. si conservatus, ff. ad l. Rod. de jact. gl. in l. quoniam, 10. ad verb. sumptus, C. de test. Iacob. de Royd. num. 8.*

23 † Moribus Germaniæ contra subditos contumaces & inobedientes per arresta bonorum & personarum proceditur, bona eorum arrestantur, personæ carceribus mancipantur, fructus fundi impediuntur, pignorationes juramentorum fiunt, villæ rusticæ cum omnibus instrumentis quasi sequestrantur tantisper donec obedientiam præstent, & dominis operas indictas pro consuetudine & longa possessione edant, *Andr. Gayl. in tr. de arrestis cap.* 10. *num.* 1. 2. 3. 4.

De remediis, quibus subditici compelluntur dominis operas debitas præstare.

24 † Possunt etiam compelli officio judicis, vel condictione ex moribus, seu ex *l. litibus, & l. si coloni, C. de agricol. & cens. lib.* 11. *Iacob. de S. Georg. in tr. de homag. num.* 37. *vers. quid dicemus.*

25 † Siquis jus operarum in alterius pago vel villa habeat, vel in alterius hominibus, & dominus istius pagi vel villæ vel hominum, eum uti impedit, datur ei, cui hoc jus competit, actio confessoria, *Acad. Marp. Doctor. in cons.* 30. *num.* 12.

26 † Datur etiam domino, si à subditis vel alio turbetur, interdictum uti possidetis, *Menoch. de retin. poss. remed* 3. *n.* 115. *usq. ad n.* 124. Si sit dejectus sua quasi possessione dantur restitutoria remedia, officium judicis vel reintegrandæ ex *c. reintegranda,* 3 *q.* 1. *Menoch. de recuper. poss. remed.* 1. *n.* 88.

27 † Amittitur jus operarum remissione & præscriptione. 1. Remissione, si dominus remittit, *l.* 3. *C. de bon. libert. novel. constit.* 78. *§. statuimus, l.* 14 *§.* 1. *ff. de servit.* 2. Præscriptione, si subditi pro operis præstandis sunt requisiti & præstare recusarunt, & à tempore istius recusationis intra spacium 30. anno-

Quibus modis jus exigẽdi operas amittatur.

rum nullas operas ediderunt, faciunt, quæ in simili de vasallo tradit *Rosent. in tr. de feud. cap. 6. conclus. 82.* modo subditis mala fides non obstet. † Dixi, si subditi requisiti operas præstare recusarunt, nam subditi libertatem non præscribunt etiamsi 100. vel 1000. annis non præstiterint operas, nisi requisiti ea negaverint & sic possessionem domino interverterint, *Rosent. ubi suprà.* Sed quæritur, si casus evenit & dominus non jussit subditos præstare operas, an jus ejus tacitè interpelletur & sic præscriptio ab eo tempore currat, si dominus istis operis indiguit? & verior videtur sententia, quod subditi isto modo quasi possessionem libertatis non acquirant, nisi requisiti operas præstare recusarunt. *Rosent. ubi suprà.*

28

Titulus V.

De auxilio, Folg und Reyß.

Summaria.

1. *Subditus fortius est obligatus domino quàm vasallus.*

2. *Subditus strictius domino est obligatus quàm libertus patrono.*

3. *Subditus quoties animadvertit periculum personæ vel fortunis domini vel domino coniunctis personis imminere, quàm citò poterit nulla interposita mora hoc domino patefacere est obligatus.*

4. *Si quis famæ & existimationi domini detrahit, subditus si scit, est obligatus hoc domino significare.*

5. *Quoties animadvertit sive rescìscit alium*

alium contra domini personam, honorem vel personas coniunctas moliri quicquam, subditus est obligatus impedire pro viribus.

6. *Subditus tenetur personæ domini ferre auxilium, quoties ei periculum imminet.*

7. *Et non tantum, si personæ domini periculum imminet, sed etiam si dignitas, existimatio vel honor domini periclitetur.*

8. *Subditus honoris propria domini virtute rebusq; præclarè gestis parti conservationẽ & amplificationẽ p virib. promovere debet.*

9. *Subditus non tantum ratione personæ, sed etiam ratione rerum domino præstare debet auxilium.*

10. *An in recuperatione rerum amissarũ teneantur subditi dn. adiuvare? distinguitur.*

11. *In retinendis tuendisq; reb. an dominus à subditis sit adiuvandus, distinguitur.*

12.13.14. *An & quando in reb. acquirendis dominus sit à subditis adiuvandus?*

15. *Subditus non modo auxiliari tenetur cum necessitas postulat, sed etiam si domini honestas exigat.*

16. *Subditus tenetur domino suo auxilium ferre contra omnem hominem, etiam contra suũ patrem, filium caterosq; sanguine iũctos.*

17. *Si*

17. *Si dominus ſubditi patrem, filium vel ſanguine iunctum iniuſtè ſit offenſurus, ſubditus non tenetur adverſus patrem, filium vel ſanguinem iunctum auxilium ferre.*

18. *Subditus ut maximè poſſit occidere, vulnerare aut aliter in corpore offendere patrem, fratrem vel filium, tamen abſtinere debet.*

19. *Subditus non tenetur adverſus ſeipſum auxilium ferre.*

20. *Subditus non tenetur domino auxilium ferre contra Imperatorem.*

21. *Si conſtaret dominum immerentem iniuſtè oppugnari ab Imperatore irato iniquè gravante citraq; cauſam ſæviente, poterit impunè ſubditus ei etiam adverſus Imperatorem ſubvenire.*

22. *Subditus etiam adverſus principem ſui domini non tenetur ferre auxilium, niſi is ſuperior dominus ſubditi dominum iniuſtè oppugnet.*

23. *Si quis ſit communis ſubditus duorum vel plurium dominorum & hi domini invicem bella gerant, communis ſubditus nemini auxiliabitur.*

24. *De-*

24. *Debet subditus personæ domini versantis in periculo ferre auxilium & armis & manu & clamoribus & obiectu corporis, aggressores terrere, adiutores convocare, strenuè pro domino pugnare, nihil intentatum relinquere.*

25. *Opem subditus non modo militarem ferre, verùm etiam si aliter eius opera dominus uti commodè possit, sese instar vasalli promptissimum & paratissimum exhibere debet.*

26. *Vtrum subditus teneatur in iudicio agere causam domini advocando sive procurando?*

27. *Subditus tenetur domino consilium dare.*

28. *Num subditus ob consilium, si infeliciter & malè successit domino, teneatur?*

29. *Subditi non modo intra ditionem, verùm etiam extra eam, ubicunq; dominus ope ipsorum indigebit, domino auxilium ferre debent.*

30. 31. *Non tantum, si dominus irruptionis & devastationis vitandæ gratia vult occurrere hostibus extra ditionem, eosq; repellere, sed etiam, si dominus pro vindican-*

da iniuria vel pro tuendis & conservandis aliis ditionibus extra suum territorium sitis vel iis iustè recuperandis bellum extra ditionem suscipere cogitur.

32. *Si bellum sit in ipsa ditione, subditi non tenentur extra ditionem sequi, nisi vel dominus ad revocandum hostem ex ista ditione ducat exercitum in hostis terram ibiq; belli sedem constituat, vel nisi dominus tot domi relinquat, quot ad defensionem sufficiunt.*

33. 34. *Cuius sumptibus auxilium sit ferendum.*

35. *Vestes, arma, equos & alia ad instructionem & apparatum pertinentia debet subditus de suo comparare.*

36. *Si subditus aliquo in casu non est obligatus domino opem ferre, sed ad domini petitionem indebitum auxilium præstat, tunc nisi propriis expensis armis & equis subditus auxilium ferre velit, dominus ei talia dare & necessarios sumptus suppeditare debet.*

37. *Si subditus domino debitum auxilium ferens fuerit ab hostibus captus, an dominus sua pecunia captum subditum redimere*

mere & damnum deprædato resarcire teneatur?

38. *Subditus an præcisè cogatur domino auxiliari personaliter, an verò adiuvando per substitutum liberetur?*

39. *An loco auxilii possit invito domino à subdito solvi pecunia?*

40. *An loco auxilii possit à subditis per dominum exigi pecunia?*

SUBDITUS † juxta *c.1.§.si verò domesticus, qualit.jurar.deb.vasall.dom.fidelit.* jurat sibi curæ fore vitam, corpus, mentem & honorem domini sui, & ratione istius juramenti fortius domino est obligatus quam vasallus, ut post *Marin.Freciam in tr.feud.in 4.auth.n.7.in fin.Bald.in cons.270.vol.3.* tradit *Surd.de alim.tit.1.q.57.n.7.* 1

† Est strictius quam libertus patrono, ut inquit *Bald.in l 1.circ.fin.C.de hared.decur.Iacob.in sua investit. in verb.cum mero & mixt.imperio, num.17.Nevizan.in consil.12.num.191.in cons.Brunc.* Hinc subditus est obligatus. † PRIMÒ, quoties animadvertit periculum personæ vel fortunis domini, vel domino conjunctis personis imminere, quàm citò poterit, nulla interposita mora, hoc domino patefacere, ne dominus ignorans & incautus opprimatur aut damno afficiatur. † SECUNDÒ, si quis famæ & existimationi domini detrahit, hoc domino significare. † TERTIÒ, quoties animadvertit, sivè rescifcit alium contra domini personam, honorem vel personas conjunctas moliri quicquam sive machinari, hoc impedire pro viribus, ne domino ejusvè 2 3 4 5

conjun-

conjunctis læsio, injuria vel contumelia inferatur, neve dignitas, honor vel bona domino ejusvé conjunctis eripiantur.

6 † Tenetur igitur subditus personæ domini ferre auxilium, quoties ei periculum imminet, non tantùm in bello, verùm etiam extra bellum. 7 † Non tantùm si personæ domini periculum immineat, sed etiam si dignitas, existimatio vel honor domini periclitetur. Ut igitur functionem honorificam, quam per leges retinere licet, dominus non amittat, modis omnibus eniti subditus & adversus eos, qui efficere conantur ut eidem auferatur, domino quantam potest opem ferre debet, quin & si dominus honorem hujusmodi justè acquirere conetur, aut injustè amissum justè recuperare, subditus in eo instar vasalli fidelis tenebitur ipsi præstare adjutorium; *gloss. in cap.* 1. *ibid. Alvarot. num.* 1. *qualit. jur. deb. vasall.* honor enim quàm maximè concernit honestatem domini & obstrictus est subditus ad consilium & auxilium domino præstandum in omnibus, quæ ad honestatem ejus pertinere videntur, *d. c.* 1. *qualit. jur. deb. vasall.* 8 † Honoris etiam propria domini virtute rebusque præclarè gestis parti conservationem & amplificationem pro viribus promovere debet. *d. c.* 1. *qualit. jur. deb. vasall.* 9 † Et non tantum ratione personæ, sed etiam rerum subditus domino præstare debet auxilium, *arg. c.* 1. *vers. & si contigerit. d. nov. form. fidelit.* nec refert res mobiles, an immobiles, an in nominibus consistant, juraque sint, an actiones, ut de vasallo post *Sylvan. de feud. recognit. q.* 109. *num.* 38. tradit. *Andr. Kohl. in tr. de servit. feudal. p.* 4. *num.* 60. In loco remoto sint an propinquo, cum etiam extra ditionem domini teneatur vasallus dominum juvare in aliis regionibus; *c. antiquarum in cap. extraordin. Schneidw. part.* 5. *num.* 36. *Andr. Kohl. ubi suprà, nu.* 60. *& part.* 5. *num.* 11. Fortius autem subditum esse obli-

Quando domino auxilium sit ferendum.

obligatum quàm vasallum suprà est dictum. Nec est distinguendum inter res, quas dominus tempore præstiti homagii habuit, & quas deinceps, adipiscitur, *arg. c.* 1: *ibi, quam habes vel habebis, de nov. form. fidel.* qui textus etiam insertum habet pronomen, *aliquam*, quod est universale, & quidem usque adeò, ut minima quæq; amplectatur, *l. mulier.* §. *ult. ubi gloss. in fin. ff. de condit. instit. Bart. in l. si servum.* §. *Prætor ait. n.* 2. *ff. de acquirend. hæred.* cum similibus in hanc sententiam allegatis per *Cravet. cons.* 460. *n.* 4. & *cons.* 563. *n.* 3. hinc fit, ut si dominus diversos atque dissitos invicem principatus, comitatus, vel ditiones habeat, & ratione unius bellum suscipere cogatur, etiam ex altera ditione sua subditi teneantur ei servitiis ipsorum indigenti militare per ea, quæ tradit *And. Kohl/ubi suprà. n.* 61.

10 † In recuperatione rerum amissarum tenentur subditi dominum adjuvare, si dominus amisit injustè, hoc est, citra causę cognitionē, violentia vel dolo partis adversæ, per ea, quæ de vasallis tradit *And. Kohl/d. loco. n.* 62. Si dominus justè amisit, quia forte res per alium fuit evicta, aut alii adjudicata, non tenentur subditi dominum adjuvare, *arg. c. domino guerram. hic fin. lex.*

11 † In retinendis tenendisq; rebus dominus à subditis est adjuvandus, etiamsi non possideat juste, *l.* 1. *in fin.* & *l.* 2. *ff. uti possidet*, dummodo adversarius contra ipsum in jure non obtinuerit, alioqui si dominus in judicio succubuisset, victoque res per executionem foret auferenda, ipse opponendo se executioni, conandoque rem retinere palàm faceret injustè, ideoque subditi ad ferendum auxilium non forent astricti, *d. c. domino guerram.* Imò ne tunc quidem juvare dominum tenentur in retinendo; cùm dominus alterum injustè spoliavit ac dejectus in continenti possessionem vi recuperare nititur, cùm istius-

modi recuperatio sit licita, jureq; permissa, eoq; palam sit, injustè facere dominum qui licitè recuperantem repellere nititur, *l. 3. §. cum igitur, ubi Dd. l. qui possessionem. ff. de vi & vi armat.*

12 † In rebus acquirendis est dominus adjuvandus, per ea quæ tradit de vasallo post *Isern. in c. 1. §. sed non est alia, nu. 41. quæ fuit prim. caus. Alvarot. in c. 1. in prin. num. 11. ibid. Afflict. num. 11. quib. mod. feud. amit. Curt. de feud. p. 4. num. 7. Iacobin. verb. & promiserunt, num. 4. Sonsbec. p. 11. n. 44. Schneidw. p. 5. num. 94. Schrader. p. 6. cap. 6. num. 14. Wurmbs. lib. 1. tit. de feud. obs. 30. tradit Andr. Rohl/in tr. de servit. feud. part. 4. n. 66.*

13 † Si dominus justè acquirit, si dominus nititur injustè acquirere, subditi opem ferre non tenentur, per *c. 1. vers. & si scivero, te velle justè, & cap. domino guerram hîc finit. lex.*

14 † Injustè autem nititur acquirere non modo qui justitiâ causæ destituitur, verùm etiam qui justam quidem acquirendi causam habet, modo tamen illicito sive lege prohibito acquisitionem aggreditur, ausu proprio, per vim occupando, quod per judicem sive magistratum adipisci potuisset ac debuisset, *l. creditores, ibi, non jure facere. ff. ad l. Iuliam de vi privat. l. extat. ff. de eo quod metus causa.* Secus ubi via juris, quod suum est vel sibi debetur dominus consequi minimè potest, quia fortè adversarius res injustè detinens atque dimittere nolens, superiorem non recognoscit, vel judex sive magistratus ipsius quantumvis diligenter imploratus justitiam non vult administrare, nec est superior ad quem pro justitia obtinenda recurrere liceat, vel judex sive magistratus nequit eum cogere, ut faciat officium & sententiæ pareat, tunc enim subditi opem ferre tenentur, cùm cesset ratio, *d. l. creditores*, & potest quis propria auctoritate rem suam accipere, quando aliter per judicem consequi non potest, *Dec. & per eum allega.*

allegati in l. non est singulis ; numero secundo , ff. de regul.jur.

15 † Et subditus non modo auxiliari tenetur cùm necessitas postulat, sed etiam, si domini honestas exigat, ut evenire solet in solennitate nuptiali, conventu principum & aliis festivitatibus, *l. eius artificii, vers. tales, ff. de oper. lib. C. esto subjectus ibi, quasi Episc. honor. distinct. 95.*

16 † Tenetur autem subditus domino suo auxilium ferre, contra omnem hominem, *cap. 1. in princ. de nov. form. fidelit.* etiam contra suum patrem, filium, cæterosque subdito sanguine junctos, *c. 1. §. contra omnes & ibi Dd. hîc finit. lex gloss. c. 1. in princ. de nov. form fidel. Specul. §. quoniam, vers. 16 de feud. Iacob. de S. Georg. in tr. feud. verb. Et promiserunt, & verb. qui quidem investiti, num. 15. Curt. in tr. feud. 4. part. num. 8. Borch. de feud. cap. 4. Stephan. Forcatul. de feud. cap. 9. num. 14 Rosent. de feud. cap. 8. conclus. 14. num. 1. Iul. Clar. § feudum, quæst. 27. Schrad. p. 6. cap. 5. num. 1. Vult. cap. 10. num. 26. lib. 1. Ever. Bronchhorst. cent. 2. miscell. jur. controvers. assert. 93. Andr. Kohl / in tr. de servit. feud. p. 3. à n. 3. usque ad n. 11.*

Adversus quos domino auxilium sit ferendum.

17 † Quod tamen ita est intelligendum, si dominus prædictas personas non offensurus, sed ab eis injustè offensus se suáve defensurus sit, per *cap. 1. vers. & si scivero te velle justè & cap. domino guerram hîc finit. lex. Vult. de feud. cap. 10. num. 23. Andr. Kohl / in d. tr. p. 3. num. 5 & 10.*

18 † Et, ut subditus, si maximè possit occidere, vulnerare, aut aliter in corpore offendere patrem, fratrem, vel filium, tamen abstinere debeat, quia contra pietatem his personis debitam foret, iis manus violentas inferre, *Andr. Kohl / ubi suprà, nu. 29. in fin.*

19 † Non tamē tenetur subditus adversus se ipsum auxilium ferre, *Rosent. c. 8. conclus. 15. n. 1. Clar. § feud. q. 21. n. 5. Zas. de feud. part. 7. n. 34.* & alii, cùm ordinata charitas à seipsa incipiat, *l. præses 7. C. de servit. & aq. c. si nō*

licet 23. *q.* 5. & persona jurantis aut promittentis regulariter excepta intelligatur, *Menoch. de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 44. *num.* 7. *Borchold. cap.* 7. *part.* 1. *num.*

20 41. *Alciat. de præsumpt. reg.* 1. *præsumpt.* 52. † Nec etiam tenetur subditus domino suo auxilium ferre adversus Imperatorem, *c.* 1. *& ibi gloss. in verb. contra omnem hominem de nov. form. fidelit. Zas. de feud. p.* 7. *num.* 22. *Borohold. c.* 4. *num.* 24. *Schrad. p.* 6. *cap.* 5. *num.* 6. *versic. tertiò Imperator. Vult. c.* 10. *num.* 29. *lib.* 1. *Covarr. in cap. peccatum, p.* 2. §. 9. *num.* 8. *Gayl. lib.* 2. *obs.* 56. *Menoch. præsumpt.* 14. *num.* 3. *libr.* 2. *Anton. Gabriel. Roman. tit. de præsumpt. lib.* 1. *conclus.* 9. *Rosenth. cap.* 8. *conclus.* 15. *nu.* 4.

21 † Si tamen constaret, dominum immerentem injustè oppugnari ab Imperatore irato iniquè gravante, citraque causam sæviente, poterit impunè subditus ei etiam adversus Imperatorem subvenire, *c. domino guerram hîc finit. lex,* § *dominorum. Instit. de his qui sunt sui vel alieni juris. Afflict. decis.* 265. *num.* 77. *Andr.*

22 Kohl/ *de servit. feudal. p.* 3. *num.* 35. † Et quod de Imperatore hîc est dictum, etiam est intelligendum de principe domini, ut videlicet subditus non teneatur ferre auxilium adversus principem sui domini, nisi is superior dominus subditi dominum injustè oppugnet.

23 † Sed hîc oritur quæstio, si quis sit communis subditus duorum vel plurium dominorum, & hi domini invicem bella gerant, quid communi subdito sit faciendum? respondeo, nemini auxiliabitur, quoniam uni non minus quàm alteri est devinctus.

24 † Debet autem subditus personæ domini versantis in periculo ferre auxilium, & armis & manu & clamoribus & objectu corporis, *l. cum dominus, ff. de Syllanian.* Aggressores terrere, adjutores convocare, strenuè pro domino pugnare, denique nihil intentatum relinquere, *l.* 1. § *tulisse, ff. de Syllan.* hostes & inimicos domini arcere & prohibere, ne transeat

Quomodo domino auxilium sit ferendum?

hve

ſive commeatum habeant per terram domini ad laceſſendum, vel oppugnandum ſive offendendum ipſius dominum, *d.c.1. verſic. ut ſi ſcivero vel audivero, & verſic. & nunquam de nov. form. fidel. Zaſ. de feud. p. 7. num. 43. Schrad. p. 6. cap. 6. num. 92. Roſent. cap. 10. concluſ. 19. num. 1. & 2.* † Et opem ſubditus non modo militarem ferre, verum etiam ſi aliter ejus operâ dominus uti commodè poſſit, ſeſe inſtar vaſalli promptiſſimum & paratiſſimum exhibere debet, *Andr.* Kohlin *tr. de ſervit. feud. p. 4. num. 74* † Sed hîc quæri ſolet, utrum ſubditus teneatur in judicio agere cauſam domini advocando ſive procurando? Et ſciendum eſt, ſi ſubditus aliâs advocati ſive procuratoris munere fungi ſoleat, eum tunc teneri, *arg. l. ejus artificii, verſic. tales & l. ſeq ff. de operis libertor.* & cum id munus palam exerceat aliisque hujuſmodi operam impendat, multò magis domino tenebitur eandem navare, ſi verò non exercet hujuſmodi officium, licet ſit peritus juris, non teneri ſed ſufficere ſi conſilium ſuum impertiatur, prout tradit *Andr.* Kohl *in tr. de ſervit. feud. p. 4. num. 75. & 78.* † Subditus tenetur etiam domino conſilium dare, quod ſibi magis videtur expedire domino, *cap. 1. verſic. & ſi conſilium, de nov. fœm. fidel.* idque in rebus & negotiis omnibus dominum ratione ſui ſuorumve concernentibus, *c. 1. verſic. ſed quia, de form. fidel.* ſive militaria ſint, ſive œconomica, ſive juridica, *Afflict. deciſ. 265. num. 45.* † Sed hîc quæri ſolet, num ſubditus ob conſilium, ſi infeliciter & malè ſucceſſit, domino teneatur? *Sylvan. de feud. recogn. q. 106. num. 59.* exiſtimat vaſallum ex conſilio teneri, ſed verius eſt, ſubditum non teneri, licet conſilium infeliciter & malè ſucceſſerit, dummodo ſyncerè bonaq; fide ſecundum animi ſui ſententiam conſuluerit per regulam, *l. conſilii, ff. de reg. jur.* cui ſtandum, donec exceptio de ſubdito probetur, & ſæpius optimè cogitata peſſimè cadant, eoq;

25 26 27 28

ex eventu minimè prospero non possit inferri, consilium fuisse malum, *l. neque natales, C. de probat.* & in obligatione faciendi meretur excusationem qui fecit, quantùm potuit, *l. 2. §. si quis. ff. si quis caut. l. si vehenda, §. idem juris ff. ad l. Rhodi. de jact. Dd. in l. quod re, si certum petat. Dec. in l. impossibilium, num. 3. & 4. ff. de reg. jur. Marant. disp. 7. n. 10. & 11.*

29 *Ubi auxilium ferendum.*

† Verùm subditi non modò intra ditionem domini, verùm etiam extra eam, ubicunque dominus ope ipsorum indigebit, domino auxilium ferre debent, *l. quod nisi, §. ex provincia, ff. de oper. lib. c. 1. in fin. de his qui feud. dar. c. 1. §. similiter, de capit. Corrad. cap. 1. §. ut autem, de allod. Schrad. p. 6. c. 6. n. 13. Rosent. c. 8. conclus. 25. & alii.*

30 † Et hoc non tantùm, si dominus irruptionis & devastationis vitandæ gratia vult occurrere hostibus extra ditionem, eosque repellere, sed etiam, si dominus pro vindicanda sua suorumvè injuria, vel pro tuendis & conservandis aliis ditionibus sive possessionibus extra suum territorium sitis vel iis justè recuperandis bellum extra ditionem suscipere cogitur, *cap. 1. versic. & si contigerit, de nov. form. fidelit. cap. domino guerram, hîc finit. lex. Dd. locis antea relatis.* Nec distinguendum hîc est, locus ferendi auxilii sit admodum remotus à ditione domini an propinquus, *c. ad hoc, hîc finit. lex. Dd. in allegat. locis.*

31 † Et licet aliqui tradere soleant, si dominus non pro vindicanda injuria, neque etiam pro tuendis & conservandis rebus suis, extra territorium ducit subditos, quòd tum subditi non sequi teneantur, si dominus eos procul extra territorium ducere velit. Ego tamen verius esse existimo, si ditio vel bona illa domino jure debeantur, etiamsi sint admodum remota, subditos ad adjuvandum & sequendum esse obligatos, cùm hîc agatur de jure domini firmiter & efficaciter conservando & retinendo, & superiùs

sit

ſit dictum, quod etiam in rebus acquirendis ſubditi domino opem ferre teneantur.

32 † Sed hîc quæri ſolet, ſi etiam ſit bellum in ipſa ditione, in quâ habitant ſubditi, an nihilominus in aliam ditionem dominum ſequi teneantur? Ego puto, ſubditos non ſequi debere, cùm ordinaria charitas à ſeipſo incipiat, niſi vel dominus ad revocandum hoſtem ex iſta ditione ducat exercitum in hoſtis terram, ibique ſedem belli conſtituat, prout Scipionem Africanũ adverſus Hannibalem, feciſſe legimus, vel niſi dominus tot domi relinquat quot ad defenſionem ſufficiunt.

33 † Quantum ad ſumptus attinet, ſi extat conſuetudo vel diſpoſitio loci, vel regionis, ea eſt ſervanda, ſi verò conſuetudo vel ſtatutum non extet, intra ditionem ſubditus tenetur ferre auxilium ſumptu proprio, *l. ſuo victu, ff. de oper. lib. l. cum ſervus. l. ſeq. in princ. ff. de legat.* 1. Idem eſt dicendum, ſi ſubditus à domino parum extra patriam ducatur, ita ut vix graviores vel certè non multò majores ibi ſumptus impenſurus ſit ſubditus, quàm ſi auxilium ferret intra patriam terram per ea, quæ tradunt *Bart. & Dd. in l. ſcio, ff. de in integr. reſtit.*

Cujus ſumptibus auxilium ferendum.

34 † Si verò procul extra ditionem patriam ſubditus ad ferendum auxilium ducitur, dominus ſubdito ſumptus ſuppeditare debet, *l. operæ enim, ibi. ſumptu videlicet, & vectura patroni, ff. de oper. libert. Roſent. de feud. cap.* 8. *concluſ.* 24. *numero quinto, Surd. de aliment. titul.* 1. *quæſtion.* 56. *num.* 13.

35 † Veſtes, arma, equos, & alia ad inſtructionem & apparatum pertinentia, debet ſubditus de ſuo comparare, dominus ad huiuſmodi ſubditi inſtructionem ſumptus ſuppeditare non tenetur, *arg. l. ſuo victu, & l. quod niſi, ff. de oper. libert. gloſſ. in l. ſtipulationes commodiſſ. verb. ſpecialiter & ibi Dd. ff. V. O. Surd. de alim. tit.* 1. *q.* 66. *num.* 10. *Roſenth. cap.* 8. *concluſ.* 22. *num.* 1.

adeò, ut si subditus opem ferens perdat equum vel arma, dominus ad emendationem damni non teneatur, *l.2.§.si conservatis, ff.ad l.Rhod.de jactu, l.si ut certò, §.planè, ff.commod.l.inter causas, §.non omnia, ubi Bar. & Dd.ff.mandati, l.contractus, versic. animalium, ibiq; Dd.ff.de reg.jur.l.quod nisi, ff. de oper. libert. Surd de alim. tit.1.q 66.num.10. Schrad.de feud.p.6.c.6.nu.16 Borch. de feud.c.1.num.27.Vult.lib.1.c.10.num. 34. Rosent.c.8. conclus.22.num.1.* nisi subditus deprædatus fuerit in ditione domini à latronibus quos eo loci, quo subditis transeundum grassari dominus scivit & arcere potuit, & non fecit, tunc enim dominus ad emendationem damni tenebitur, *Rosent.cap.8.conclus.22. num.2.Myns.cent.5.obs.70.num.1.Gayl.lib.2.obs.64.*

36 † Cæterùm, quæ jam dicta sunt, locum habent iis in casibus, in quibus subditus est obligatus domino opem ferre, secus est, si ad domini petitionem indebitum auxilium præstet, tūc enim, nisi propriis expensis, armis & equis subditus auxiliū ferre velit, dominum ei talia dare & sumptus necessarios suppeditare oportebit, *Oldrad.consil.234.num.3.Rosent. cap.8.conclus.24.num.5.Surd.de alim.tit.1.q.56.num.13.* Sique subditus ita ad petitionem domini serviens equos vel arma amiserit, aut aliter damnum senserit, citra culpam suam, dominus ei resarcire tenetur, *Innocent.in c.sicut, 29.ibidem Ioannes de Imol. Panormit. num.16.& cæteri Dd.de jurejur. Mozz.de contract.tit.de*

37 *mandat.sub rubric.de natural.mand.num.25.* † Hîc quæri solet, si subditus domino debitum auxilium ferens fuerit ab hostibus captus an dominus sua pecunia captum subditum redimere & damnum de prædato resarcire teneatur? Et respondendum est, quòd subditus propria sese pecunia liberare debeat, & dominus subdito ad redemptionem & resartionem non sit astrictus, *l.inter causas, §.non omnia, ff. mandat.l.item quæritur, §.si quis servum, ff.locat. Bald.in*

cap.

cap.sicut 29.num. 8. de jurejur. Si tamen aliter dominus subditum captivitate liberare vel res ablatas recuperare queat, æquitas suadet, dominum, cujus gratia hujusmodi calamitatem est perpessus, id omnino facere debere, *arg. c.1. §.item si delator. quæ fuit prin. caus. junct. c.1. §. dominus, de form. fidel.*

38 *An auxilium possit ferri per substitutum?*

† Subditus non cogitur domino præcisè auxiliari personaliter, sed ipsum adjuvando per substitutum liberatur, *arg. c.1. § firmiter, de prohib. feud. alienat. per Frid. Schrad. de feud. p. 6. cap. 6. num.* 44. *&* 45. dummodo substitutus quoad fidelitatem, peritiam rei militaris, prudentiam, fortitudinem, auctoritatem nec non quoad reliquas qualitates in omnibus & per omnia sit æquè habilis ad auxilium domino ferendum, namque si quid horum deficiat in substituto, dominus non cogitur loco subditi sui hunc substitutum admittere, *arg. l. inter artifices*, 31. *ff. de solut. l. nemo est, qui nesciat*, 5. *ff. de duob. re. Bart. in l. si quis pro eo*, 57. *in princ. ff. de fidejuss.*

39 *An loco auxilii possit solvi pecunia?*

† Domino autem invito non potest subditus loco auxilii pecuniam solvere, quod subditus ex legis dispositione ad ferendum auxilium sit obligatus, is verò qui lege obligatur ad aliquid faciendum, præcisè teneatur facere & præstatione interesse non liberetur, *Anton. Gomez. lib. 2. variar. resolut. c.* 10. *num.* 22. *versic. secundus casus.* Si tamen subdito propter ætatem, infirmitatem, vel aliam causam non est possibile personaliter auxilium ferre, neque etiam potest substitutum idoneum, adhibita omni diligentia adipisci, præstatione pecuniæ quantâ alius ad auxilium ferendum idoneus conduci potest, liberabitur, *l. si non sortem, § libertus, vers. sic. & in proposito, ff. de condict. indeb.* in casu enim necessitatis aliud pro alio solvere licet, *l. si domus, §. qui confitetur, ff. de legat.* 1. *l. usuras, C. de solut. gloss. & Dd. in l. 2. §. mutui, ff. si certum petatur.*

An loco auxilii possit exigi pecunia?

40 † Sicuti verò subditus non potest, domino invito loco auxilij solvere pecuniam, ita quoque non potest dominus, si subditus malit personaliter vel per substitutum auxilium ferre, ab eo pecuniam exigere, ut enim invito creditori aliud pro alio solvere nõ licet, sic è diverso debitor urgeri nequit, ut aliud pro alio solvat, nec peti potest, quod non debetur, §. *praterea ubi Dd. Instit. de action. Ioan. Bologn. in l. 2. §. mutui datio, num. 44. ff. si certum petat.* Si tamen publicè sit utile pecuniam solvi potiùs quàm auxilia præstari militaria, quia subditi fortè sunt in bellis minùs exercitati, & pecuniâ exercitati conduci possunt, dominus pecuniam pro auxilio exigere potest.

Titulus VI.

De ære alieno domini dissolvendo.

Summaria,

1. *Subditi non tenentur æs alienum domini solvere.*

2. *Etiamsi dominus propter æs alienum sit captus.*

3. & 4. *Nisi dominus casu aliquo fortuito coactus debitum contraxit, & citra suam culpam exolutioni est impar, vel in commodum & utilitatem subditorum debitum sit contractum.*

Subdi-

SUBDITI † non tenentur, nec cogi possunt æs alienum domini solvere, *arg. l. si quis*, §. *si mater, in fin. ff. de liber. agnoscend. l. curatores*, 3. §. *filium, ff. de administr. rer. ad civit. pertin. l. si pater, C. qui bon. ced. poss. l.* 1. & *tot. tit. C. ne fil. pro patr.* † In tantum, ut etiamsi dominus propter æs alienum sit captus, non tamen possint cogi subditi pro eo solvere aut fidejubere, *Boër. decis.* 129. † Quod tamen ego intelligo verum, si dominus, pecunias in equos, ædes, vestes, vel alias delicias superfluas exponens, istud æs alienũ contraxit, sanè si casu aliquo fortuito coactus debitum cõtraxit, & ita dominus citra suam culpam exolutioni est impar, pietatem & homagium postulare arbitror, ut subditi pro virib. contribuant. † Idem arbitror, si in commodum & utilitatem subditorum debitum sit contractum, *arg. l. planè si filium*, §. 1. *ff. de leg.* 1. *l.* 2. *ff. ad l. Rhodi, de jact.* & *l. si me & Titium, ff. si cert. pet. Bart. in l. his solis. in fin ff. de condict. indebit.* ubi dicitur, *quòd filius teneatur solvere debitum patris quo familiam suam inopiâ laborantem sublevavit.*

TITULUS VII.

De alimentis domino à subditis præstandis.

SUMMARIA.

1. *Vasallus non tenetur dominum alere.*
2. *Subditi tenentur alere dominum in necessitate constitutum.*
3. *Si subditi ipsi egent, non tenentur dominum alere.*

CUM

1 CVM † vasallus non teneatur dominum alere, *Iacob.de Ardizo.in summa feudi,c.61. col.fin. Ioan. Andr.ad Specul.tit.qui filii sint legit.§.fin. num.11.Ragn. Isern.Prapos.& Afflict.in cap.licet, in 3. col.si de feud.fuer. controv.inter dom.& agnat. Curt.in tr.feud.p.4.in princ. post quartam dubit. versic.ideo faciunt prædicta ad notabilem & in caus.38.col. 1. versic. Ego autem advertendum, Wesenb.de feud.c.9.n.27.Clar.in §.feudum,q. 23. Emanuel Soarez.in thesaur.recept.sentent.in lit.f. n. 75.Vult.de feud.c.10.n. 35.* Et amicus amicum & pupillus tutorem non alat, *l.à tutoribus, §.fin.ff. de aliment. tutor. Salicet. in l.solo,C.de liber.caus.Roland consil.5.num.20. vol.3.volunt.Iacob.de S.Georg .in tr. de homag.n. 29. Afflict.in constitutio.incipit,quàm primum,num. 28. Rolan. in cons.5.num.22.vol.3.* Etiam subditos non teneri a-

2 lere dominos, nisi ita pacto conventum sit. † Sed contrarium, quod nimirum subditi teneantur alere dominum in necessitate constitutum tradunt, *Spec. in tit.de feud.§.quoniam,n.33.vers.item homo,Bero. cons. 81.nu.vol.1.Ioan.Petr.Surd.de aliment.tit.1.q. 57.* quòd subditi strictiùs sint domino obligati, quàm vasallus, *Cravet.cons.517.n.3.Bursat.cons.147.n.33.Marin. Frecc.lib.2.auct.4.n.7.Roland.à Vall.cons.1.n. 30. vol.3. Gayl.lib.1.de pignor.c.15.* Et strictiùs, quàm libertus patrono, ut inquit *Bald.in l.1.circ.fin.C. de hared. Decur.Iacob. in sua investitur. in verb. cum mero & mixto imperio,n.17.Neviz.in cons. 12.num. 101.inter consilia Bruni:* Libertus autem teneatur patronum pauperem alere, si ipse dives sit, *l.si quis à liberis, §.solent, ff.de liber.agnosc.l.non solum, & l. non aliter, ff.de usu & habitation.§.item is qui adium,Instit.eod.tit. Tyraq. in l.si un-*

3 *quam,in verb libertis,n.51.C.de revocand.donat.* † Planè si subditi ipsi egeant, non tenentur domino subvenire *Ioan.Petr.Surd.de aliment.tit.7.q.30.* quod ordinata charitas incipiat à se ipso, *l.prases, C. de servitut.*

& aqu.

& aqu.& magis tenetur quis providere sibi, quàm alii, *Bald.in l.* 1.*C.de inoff.dotib.per l.Iulianus, ff.si quis omiss.caus.testam.*

TITULUS VIII.

De domini capti redemptione.

SUMMARIA.

1. *Si dominus iustè propter commissum aliquod delictum est incarceratus, subditi non sunt astricti eius liberationem procurare.*

2. *Si dominus est incarceratus non propter delictum commissum, sed propter æris alieni magnitudinem ad instantiam creditorum, & subditus potest alio permisso modo quàm solutione & fideiussione dominum liberare, id quatenus absq; dispendio suo commodè fieri potest, facere est astrictus.*

3. *Si dominus iniustè captivus detinetur, subditi omnibus modis eniti debent ut ipsum liberent.*

4. *Subditi non tantum ipsi per se debent pro viribus eniti ut dominum inclusum eripiant, verum etiam id ipsum, si possit commodè per alios tentare.*

5. *Sub-*

5. Subditi non tantùm debent eniti omni operâ & auxilio personali, sed etiam, si alio modo dominus iniustè captus liberari nequeat, pecunia ipsum redimere tenentur & ideo contribuere.

6. Si dominus habet patrimonium sufficiens ad se redimendum, tunc subditi ad redimendum dominum nihil contribuere tenentur.

7. Subditi tenentur dominum redimere, etiam quando dominus in bello, quod iniustè movit, est captus & inclusus.

---

1 SI † dominus justè propter commissum aliquod delictum est incarceratus, subditi non sunt astricti eius liberationem procurare, *Clar. in §. feudum, q. 24. n. 2. Borcholt. c. 8. n. 114. Schneidw. p. 8. c. 1. n. 82. Rosenth. c. 10. conclus. 20. n. 11. Boër. decis. 128. n. 8. Schrader. de feud. part. 9. c. 8. n. 8.* quòd publicè intersit, delicta non remanere impunita, *l. ita vulneratus, vers. cum neque, ff. ad l. Aquiliam, l. stichum, §. tametsi, ff de solut.*

2 † Si dominus est incarceratus vel custodiæ mandatus, non propter delictum commissum, sed propter æris alieni magnitudinem ad instantiam creditorum, & subditus potest alio permisso modo quàm solutione & fidejussione dominum liberare, id, quatenus absque dispendio suo commodè fieri potest, facere est astrictus, *c. 1. de form. fidel. Rosent. c. 10. conclus. 20. n. 13. Andr.* Rohl *in tr. de servit. feud. p. 5. nu. 37. Iul. Clar. d. loc. n. 1.* æs alienum, propter quod dominus est custodiæ mandatus, subditus solvere non tenetur, nec

nec hoc modo dominum liberare per ea, quæ suprà *tit. 6.* de ære alieno domini dissolvendo sunt dicta, nec etiam pro isto ære alieno fidejubere, nisi à domino possit indemnis servari vel damnum nullum vel exiguum inde sit metuendum, nam alioqui fidejubere idem esset quod solvere. † Si dominus injustè captivus detineatur, subditi omnibus modis eniti debent, ut ipsum liberent, *c. 1. §. item si delator, ubi Dd. quæ fuit prim. cauſ. Borcholt. de feud. c. 8. nu. 113. Rosent. de feud. c. 10. conclus. 20. n. 13.* Etiamsi propterea anceps vitæ periculum sit subeũdum. Cùm enim dominum adversus hostes pugnantem adjuvare teneantur, licet absq; ancipiti vitæ discrimine præstari nequeat auxilium, & custodiæ mandatus peræquè vel magis subditorum adjumento indigeat ad sui liberationẽ, certè periculum vitæ, si maximè quoddam subesse videatur, reformidare non debent subditi, quò minùs dominum è carcere liberent; ut de vasallo tradit *Andr. Rohl / in tr. de servit. feud. p. 4. n. 35. allegans, c. 1. in princ. quib. mod. feud. amitt. c. 1. §. item qui dominum, quæ fuit prim. cauſ. c. ad hoc, hîc finit. lex Zaſ. de feud. p. 7. num. 37. Vaſq. lib. 1. controv. cap. 11. num. 5.* † Nec tantùm ipsi subditi per sese debent pro viribus eniti ut dominum inclusum eripiant, verùm etiam id ipsum, si possit commodè, per alios tentare, *cap. qui facit, de reg. jur. in 6. & tradit de vasallo Andr Rohl / suprà, num. 39.* † Et non tantùm debent eniti omni opera & auxilio personali, sed etiam, si alio modo dominus injustè captus liberari nequeat, pecuniâ ipsum redimere tenentur, & ideo contribuere, *arg. cap. cum Apostolus, & c. prohibemus, extr. de censib. c. quia pleriq;, c. non minùs, & c. adversus, extr. de immun. eccles. c. 1. §. item si delator quæ fuit prim. cauſ. Hostienſ. in summ. 1. de immun. eccleſ. §. 4. quibus muneribus, num. 3. Specul. tit. de feud. §. quoniam, Ioan. Rayn. in cap. imperialem, §. firmiter, de prohib. feudal. alien. per Frideric. Iacobin. de S.*

3

4

5

Georg.

Georg.verb.qui quidem investiti,num.77.Praeposit.in praelud.feud.num.79.Boër.decis.138.num. 8.Socin.Iun.cons. 98.lib.3.Rosent.c.5. conclus.76.num. 5.6.7.Vasq.libr.1. controv.c.6.num.8. 6 † Quod tamen ita demum est verum, si dominus captus se proprio aere, sive propriis nummis, vel nullo modo, vel non absque maxima diminutione bonorum & patrimonii sui se redimere possit, secus autem est, si dominus habet patrimonium sufficiens ad redimendum se, tunc enim subditi ad redimendum dominum nihil contribuere tenentur, *Ioan.Rayner. in cap.Imperialem, §.firmiter, de probib.feud.alien.per Frider.Iacob. de S.Georg. d. loc. Boër. decis.*185.*num.* 8. Nam domini in necessitate constituti prius à se ipsis incipere & bursas suas evacuare: nec aliter quàm in subsidium à subditis suis quid exigere debent, *Cyn. Alber. & Bald.l.neminem*, 11. *C.de sacros.eccles.Bald.c.conquerente, extr. de offic.ordin. Guid. Pap.decis.* 113. *&* 551. *Praeposit.in praelud. feud num.* 79. *Socin.Iun.cons.*98.*num.*10.*&* 11.*lib.* 3. *Schrad.de feud.p.* 9.*c.*8.*num.*8. 7 † Et quod jam dictum est, si dominus injustè captivus detineatur, quod subditi omnibus modis eniti ut dominum captivum liberent, & si operâ & auxilio personali liberari non queat, possit autem auxilio pecuniario, ipsum redimere teneantur, etiam obtinet, quando dominus in bello, quod injustè movit, est captus & inclusus, *Andr.* Kohl *d.loco,nu.*38.ubi dicit, licet dominus culpa sua praebuit inclusioni causam, ideoque damnum inde manans, quod ex propria culpa sentit, non intelligatur sentire, *l. quod quis, ff.de reg.jur.* tamen cùm ea de causa carcerationem, seu inclusionem violentam ac diuturnam non sit commeritus, nec propterea, quòd injustè oppugnavit, sequatur eum justè detineri inclusum, quamdiu voluerit adversarius, praesertim cum poena delictum excedere non debeat, sed ei sit commensuranda, insuper è captivitate sive custodia libe-

liberatio in effectu nihil aliud esse videatur, quàm tuitio sive defensio captivi adversus machinationem violentam detinentis, subditus autem dominum, quantumvis injustè pugnantem, adversus alios, defendere debeat, *c. domino guerram hîc finit. lex*; cesset etiam ratio publicæ vtilitatis contra dominum pœnam corporalem commeritum paulò ante ponderata; non immeritò dispositioni, *c.* 1. §. *item si delator. quæ fuit prim. caus.* generaliter & indistinctè loquenti, firmiter tali casu inhærendum esse.

TITULUS IX.

De collectis.

SUMMARIA.

1. *An collecta sit munus ordinarium an verò extraordinarium?*

2. *Quæ sit differentia inter munus ordinarium & extraordinarium?*

3. *Collectarum duo sunt genera.*

4. *An universitas possit sibi imponere collectas.*

5. *Impositio collectarum, quæ fit ob privatam alicuius universitatis utilitatem vel necessitatem, non est de regalibus.*

6. *Ob privatam alicuius universitatis utilitatem vel necessitatem potest unaquæq; universitas sine permissu Principis & sui superioris sibi imponere.*

 7. *Non*

7. *Non tantùm universitati est permissum imponere, sed etiam si imminet ipsi aliqua necessitas & non habet pecuniam in communi potest ad hoc per superiorem cogi.*

8. *Non tantùm potest universitas sibi ita indicere collectas, sed etiam possunt cives universitatis inter se convenire, ut certa quædam tanquam vectigalia dentur ex rerum commerciis, quæ à civibus inferuntur.*

9. *Vniversitas non potest imponere collectas peregrinis & forensibus.*

10. *Consuetudine induci potest ut collectæ possint quoq; imponi peregrinis.*

11. *Si universitas suis civibus imponit eiusmodi collectas vel vectigal ut pro frumẽto, vino, carne, piscibus & aliis, quæ à civib. venduntur, certum quid à civib. & incolis universitati pro usu universitatis solvatur, & ob id subditi cariùs vendunt, quàm aliâs solent, licet per consequentiã ista impositio & ordinatio forẽses & clericos, qui pluris emere coguntur, ẽt gravet, ob id tamen ea ordinatio à forensib. & Clericis non põt impugnari.*

12. *Quæ forma sit servanda, quando universitas sibi imponit collectas?*

13. *Collectæ, si respiciunt munus patrimonia-*

moniale vel mixtum vel est dubium an sit munus patrimoniale an verò personale, imponuntur per solidum & libram, hoc est, secundùm facultatē patrimonii: si verò respiciunt onus personale, imponūtur per capita.

14. *Genus collectarum, quod ratione magistratus competit, est de regalibus & ei competit, qui habet alia regalia.*

15.16.17. *Imperator an & quando possit imponere collectas?*

18. *Alii magistratus qui superiorem non recognoscunt, an & quando in suis ditionib. possint imponere collectas?*

19. *Collectas suis possunt imponere, qui habent ex consuetudine vel præscriptione.*

20. *Collectas possunt imponere, qui habent ex speciali privilegio & concessione.*

21. *Collectas imponere possunt illi qui merum & mixtum imperium & omnimodam iurisdictionem habent, dummodò alius istic loci regalia & huiusmodi ius non possideat, aut singulariter exerceat.*

22. *Præter casus necessitatis & utilitatis publicæ recenseri solent & alii sex casus, in quibus subditi possunt collectari.*

23. *Si trāseat exercitus Imperatoris, & isti*

Imperatoris exercitui aliquid victus vel simile est largiendum, an subditi possint collectari?

24. *Si Imperator per aliquem locum transeat, vel eò hospitatum veniat & pro ipsius receptatione aliquid sit impendendum, an subditi possint pro onere isto collectari?*

25. *Si dominus pro se vel suo filio velit acquirere equestrem vel aliam dignitatem, an subditi possint collectari?*

26. *Si dominus iniustè captivus detineatur, an subditi possint collectari?*

27. *Si dominus territorium aliquod de novo emere aut acquirere velit, an pro eo possit subditos collectare?*

28.29. *Si dominus elocat filiam suam an possit subditos collectare?*

30. *Si subditi tenentur contribuere pro maritanda filia domini, an hoc sit intelligendum de prima filia tantùm, an verò etiam de ceteris?*

31. *Si subditi semel dotarunt domini filiam, & casu fortuito dos est perdita, filia verò facta vidua, ad secūdas transeat nuptias, an subditi iterum pro date contribuere teneantur?*

An

32. *An teneantur ſubditi contribuere pro filia domini religionem ingreſſa?*

33. *An dominus pro ſuis vel ſui filii nuptiis aliquid à ſubditis petere poſſit?*

34. *An fœmina regalia vel merum & mixtum imperium & omnimodam iurisdictionem habens vel ſubditos poſſidens, qui tenentur ex conſuetudine vel conventione conſtituere dotem filiæ ſui domini, pro ſe ipſa honorabiliùs maritanda collectam iſtis ſuis ſubditis poſſit imponere?*

35.36.37. *Neque Imperator neque inferiores Principes imponere poſſunt ſubditis ſuis collectas, niſi adſit cauſa neceſſaria & iuſta & dominus ſalvâ dignitate, atque ſtatu ſuo non poſſit ex ſuo proprio occurrenti neceſſitati ſuccurrere.*

38. *Hodie ſi de collectis Imperii agitur, ſubditi regulariter, etiamſi Princeps ſolvendo ſit, tenentur.*

39. *Vbi dominus ex conventione poteſt collectare ſubditos ad placitum & voluntatem ſuam, & toties quoties per ipſum fuerint requiſitæ, hoc debet intelligi ſecundùm ſubiectam materiam, quoties nimirum ſubeſt iuſta cauſa, & dominus de ſuo commodè facere non poteſt.*

 40 Col-

40. *Collectæ regulariter non possunt imponi nisi personis subditis.*

41. *Extraneis vel forensibus non possunt imponi respectu possessionum, quas habent in territorio collectantis.*

42. *Forensi possunt imponi collectæ si necessitas vel causa imponēdi concernat etiam commodum vel defensionem rerum, quas in territorio collectantis forensis possidet.*

43. *Vsurario etiamsi forensis sit, potest imponi collecta pro pecunia, quam ibi habet.*

44. *Forensis potest collectari, si collectare volens à Principe habeat privilegium collectandi forenses.*

45. *Forenses possunt collectari, si ex præscripta consuetudine etiam forenses ratione possessionum collectari consueuerunt.*

46. *Forenses possunt collectari, si statutum disponat, vt quicunque habeat possessiones in territorio, contribuat in collectis.*

46. *Potest forensis collectari, si prædia, quæ forensis possidet, reperiantur descripta in æstimo aut catastro.*

48. *Potest forensis collectari, si prædia ratione impositionis collectarum sunt tributaria facta domino loci ubi sunt sita.*

49. Potest

49. *Poteſt forenſis collectari ſi pro iſtis prædiis in loco domicilii nullas ſolvat collectas.*

50. *Forenſis, ſi in caſu licito recuſat ſolvere collectas, non poteſt perſona forenſis apprehendi vel in carceribus detineri, cùm non ſit ſubditus, ſed res in territorio ſitæ vel fructus rei detineri poſſunt.*

51. *Nemo bis de eadem re collectas ſuſtinere debet, ideo ſi iure in loco rei ſitæ forenſis collectas ſolvere tenetur, non poteſt de iis in loco domicilii collectari.*

52. *Perſonæ & res Eccleſiaſticæ à ſecularium perſonarum exactionib. ſunt immunes*

53. *Si laici non pro ſuis tantùm neceſſitatibus volunt gravare Clericos & Eccleſias, ſed tractetur de communi utilitate permixtim clericorum & laicorum, tenentur Clerici ſimul cum laicis tribuere ad onera.*

54. *Eccleſia & clerici contribuere debent ad ſolutionem pecuniæ, quæ datur hoſtibus, ne territorium populentur.*

55. *Si ſtatutum eſt ut omnia bona immobilia in territorio ſita ſint onerib. & collectis præſentibus & futuris ſuppoſita & ſubnoxia, tunc ea bona, tanquam hypothecata*

& affecta oneribus transeunt ad Ecclesiam & Ecclesiasticas personas cum suo onere.

56. *Personæ & res Ecclesiasticæ possunt collectari, si est consuetudo collectandi etiam bona Ecclesiarum & Clericorum.*

57. *Personæ & res ecclesiasticæ possunt collectari, quando bona sunt affecta pacto expresso vel tacito.*

58. *Ecclesia potest collectari pro re, quæ ipsi est per legatum relicta cum conditione, quòd Ecclesia pro ista re teneatur ad onera pro tempore occurrentia.*

59. *Si collecta est imposita pro certo tempore, antequam bona ad Ecclesiam vel Ecclesiasticã personam transierunt, an pro eo tempore Ecclesia teneatur ad impositum onus?*

60. *Ecclesia & Ecclesiasticæ personæ tenentur ad collectas, si consenserunt statuto vel ordini desuper facto: item si Ecclesia assumpsit in se onus impositum suo autori.*

61. *Si bona æstimata vel allibrata seu asscripta & appreciata in libro communitatis deveniant ad Clericum vel Ecclesiam, an Ecclesia teneatur ad collectas?*

62.63. *Si Ecclesia & Clerici in casu, ubi iure collectari possunt, recusant solvere collectas,*

ctas, non possunt per secularem magistratum ad solvendum cogi, sed per Episcopum, nisi Episcopus esset negligens in cogendo, tunc enim possunt domini laicorum uti suâ iurisdictione adversus ipsos capiendo fructus vel rem pignorando: vel nisi esset onus merè reale.

64. *An emphyteuta Ecclesiæ possit collectari?*

65. *An coloni partiarii & conductores bonorum Ecclesiæ teneantur solvere collectas pro sua colonica portione & pro fructibus quos percipiunt ex bonis Ecclesiasticis?*

66. *An domini locorum teneantur ad collectas pro bonis suis?*

67.68. *An & quando nobiles à collectis sint immunes?*

69. *Quibus modis immunitas à collectis acquiratur: & an consuetudine?*

70. *Ad immunitatis præscriptionem quantùm temporis requiratur?*

71. *In quo consistat quasi possessio, quæ requiritur ad immunitatis præscriptionem.*

72 *Vnde præsumatur bona fides in immunitatis præscriptione?*

73. *An ad immunitatis præscriptionem necessarius sit titulus?*

74. *Non est necesse quòd præscribens immunitatem probet se non solvisse, sed sufficit quòd alleget non solvisse.*

75. *Bona an præsumantur immunia & exempta, si non sunt in registro descripta & registrata?*

76. *Si collecta vel gabella consuevit exigi pro aliquibus rebus, pro aliis non, an alia videantur constitui immunia?*

77. *Quis possit concedere immunitatem? & an summus Princeps?*

78. *Ex recepta Germaniæ consuetudine & iure communi Principes, Comites, Barones Germaniæ nostræ perpetui domini iura Principis sive regalia possidentes cum clausula l. vacuatis, C. de decurio immunitatem concedere possunt.*

79. 80. 81. 82. *Si immunitas alicui est concessa, an eius portio aggravet alios, an verò tendat in præiudicium concedentis?*

83. *Immunitas alicui concessa, quam tribuat libertatem?*

84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. *Immunitas à collectis acquisita, an sit realis*

lis an verò personalis, & ad quos transeat?

92. *Immunitas amittitur renunciatione.*

93. *Immunitas amittitur, si immunis solvit collectas spacio 30. annorum, ubi declaratur.*

94. *Immunis solvens collectas ex præcepto non perdit immunitatem.*

95. *Persona immunis faciens actus contrarios ipsi privilegio vel immunitati præsumitur ad sui præiudicium renunciasse, secus verò quoad alios quibus præiudicare non potuit.*

96. *Mater tutrix solvendo aliquo tempore collectas pro filio immuni non tollit filii privilegium.*

97. *An immunis, si sciens describatur vel patiatur se describi in libro eorum qui tenentur solvere, ita præsumatur renunciasse suo privilegio ut nisi in continenti appellat, amittat privilegium?*

98. *Professio seu registratio facta ab immuni ad mandatum vel edictum superioris, quo quilibet iubetur profiteri, non præiudicat, neque tollit immunitatem.*

99. *Si*

99. *Si per consuetudinem est acquisita immunitas, quantum tempus fuit necessarium ad inducendum, tantum requiritur ad tollendum; per unum actum non tollitur.*

100. *Amittitur immunitas ubi res de persona privilegiata transit ad personam non privilegiatam.*

101. *Quando privilegium est reale, concomitatur rem, & cum ea transit in quemcunque possessorem.*

102. *Prædium ab Ecclesia possessum collectari potest, quando transivit ad privatum, nisi solvendo onus illud redundaret in damnum Ecclesiæ.*

103. *Amittitur immunitas cùm ab eo, à quo est concessa ad beneplacitum, revocatur.*

104. *An citra pactum beneplaciti princeps privilegium revocare possit?*

105. *Principes qui plenitudinem potestatis non habent, non possunt subdito immunitatem concessam sine causa revocare.*

106. *Licet Princeps aliquis ex plenitudine potestatis possit revocare immunitatem concessam, non tamen debet nisi ex maxima*

causa

causa & summa cum ratione & cum diligenti examinatione, an id exigat utilitas publica, & an conveniat?

107. 108. *Princeps non potest immunitatem per viam contractus concessam ex plenitudine potestatis revocare, etiamsi contractus sit lucrativus.*

109. *Princeps non potest revocare privilegium concessum mediante pecuniâ.*

110. *Princeps non potest revocare privilegium concessum subdito propter bene merita.*

111. *Si Princeps promisit non revocare, sed perpetuò servare & servari facere privilegium, hæc specialis promissio operatur, ut etiam simplex & merum privilegium Princeps revocare possit.*

112. *Princeps non potest tollere immunitatem longissimo tempore præscriptam.*

113. *Ubi Princeps non potest revocare privilegium, ibi etiam non potest minuere.*

114. *Privilegium concessum non subdito non potest revocari.*

115. *Quoties agitur de forma impositionis collectarum semper spectari debet, quomodo hactenus collectæ sint impositæ. Solita & con-*

& consueta forma debet servari.

116. 117. *Si civitati vel subditis ultra vel præter antiquam formam collectæ imponuntur, iure id, quod est ultra vel præter consuetam formam, solvere recusant: & ob id inobedientiæ argui non possunt, multò minus puniri.*

119. *Per capitulationem Electorum Imperii cum electis Imperatoribus caveri solet, ne fas sit Imperatori absque statuum consensu etiam necessitate urgente vectigalia aut tributa nova imponere vel vetera augere.*

120. *In regnis Galliæ, Poloniæ, Hungariæ, Daniæ, Angliæ, absque ordinum consensu tributa imponi non possunt.*

121. *Sunt quædam Provinciæ, quæ non nisi ex ordinum consensu & pacto ad eiusmodi onera tenentur.*

122. **Wann Chur vnd Fürsten deß Reichß eine Stewer anlegen wöllen / ist fast allenthalben der brauch / daß sie erst einen Landtag derhalben erfordern.**

123. *Provinciarum privilegiis & consuetudinibus est standum, neque ex moribus antiquis quicquam immutandum.*

124. 125. 126. 127. *Quando non appa-*

ret

ret quomodo hactenus collecta sunt imposita, quæ forma & quis modus imponendi sit observandus: item quæ res æstimari debeant?

128. *Vnus vel una pars, puta plebs, civitas vel provincia aliqua præ cæteris gravari non debet, sed debent omnes nobiles & ignobiles, divites & inopes pro modo facultatum æqualiter onerari.*

129. *Si necessitas & periculum exigat, ut una provincia, civitas vel pars subditorum collectas solvat, antequam cæteris subditis collectæ imponi possunt, debent cæteri nihilominus postea contribuere & ea contributione damnum resarcire, quod tempore necessitatis passa est ista provincia, civitas vel pars subditorum.*

130. *Exactio collectarum debet fieri cum charitate & paterna pietate.*

131.132.133.134.135. *De remediis, quibus nolentes solvere collectas debitas, coguntur.*

136. *Adversus eum, qui bona publicis collectis & exactionibus obnoxia, non profitetur, exercetur actio commissi.*

137. Si

137. *Si quis profitetur quidem rem, sed in fraudem minoris æstimat id tantùm, quod istam æstimationem excedit, non tota res in commissum incidit.*

Collecta sumitur pro munere extraordinario.

1 Collectæ, † hoc in loco, sumuntur pro munere extraordinario, quod ultra solitam collationem indicitur, *l. in honoribus, §. vacationum. ff de vacat. mun. Paris. consil. 25. libr. 1. num. 5. Ias. in l. placet, n. 7. C. de sacros. Eccles. Salic. in l. fin. C. sine sensu vel reliquis Ioan. de Plat. in rubr. C. de annon. & tribut. Bart. in l. hi qui ff. de iure immun. Idem Bart. in cons. 180. Ioan. Meichsner. tom. 2. decis. divers. caus. in Camer. Imper. judicat. lib. 1. decis. 6. num. 38. Rosent. de feud. c. 5. conclus. 73. num. 5. & 6.* vernacula nostra lingua, Stewer / Hülff / Anlag / Schatzung / & indicere vel imponere collectas mit Stewern belegen. Aliqui distinguũt: Aut Princeps, Comes, Baro vel civitas suo nomine ad suam vel sui territorii utilitatem collectam indicit, & collecta est munus extraordinariũ. Aut imperii nomine indicit ad utilitatem communem imperii hoc casu, quoniam hujusmodi collectæ à lege imperii ab Imperatore & Statib. generali constitutione certam & definitam habet præstationẽ, licet quotannis non recurrant, inter munera tamẽ merè realia saltẽ quoad effectũ referri posse, & ideo Römerzug / Türckenhülff / Cammergerichts unterhaltung / Bawgelt / inter munera ordinaria referri, *Symphor. supplicat. Camer. Imper. de collect. part. 2. tit. 6. vol. 1. num. 11. & vol. 2. nu. 2. & 3. & vol. 5. nu. 10. tom. 1. & tom. 2. part. 2. vol. 28. num. 19. & 20.*

2 † Et in hoc est maxima differentia, an & quando collecta dicatur munus ordinarium, & quando sit munus

munus extraordinarium, ab uno enim quando quis simpliciter impetrat immunitatem, excusatur ab alio nequaquam, item, quando collecta sumitur pro munere ordinario, tunc res, quæ semel affecta fuit onere collectæ, transit cum tali onere, quod loco tributi habetur, ad quemcunque, etiam Ecclesiam & maximè ad forensem juxta dicta, *Bartol. l. hi qui, ff. de jure immunit. Andr. de Isern. in c. unic. quæ sint regal. & ibi per Bald. in penult. col. & Bald. in tit. de pac. Constant. in verb. in munitionibus, Alex. de Imol. in consil. 52. in fin. in 5. vol.* Adeò quando collectæ sunt ordinariæ collectiones, ut tunc forensis ab illis non sit immunis, imò ab eis prout à subditis extorqueri possint.

3 † Earum duo sunt genera.

4 Unum genus est, quòd imponitur ab universitate, puta oppido, civitate, pago, villa, collegio vel vicinia aliqua pro necessitate sibi incumbente, vel privata sua utilitate. † Et hæc impositio collectarum quæ ita fit ob privatam alicujus universitatis utilitatem vel necessitatem, non est de regalibus, *Borch. in cap. unico, num. 53. quæ sint regalia, Adrian. Gylman. in Symphorem. supplicat. Cam. Imper. p. 1. tit. 2. vol. 1. post nu. 100. versic. Cum ergò, ibi, nam respondetur, quòd talis actus non sit etiam de regalibus.* Et talis actus neque est imperii vel jurisdictionis, sed privatus spontaneæ libertatis ac facultatis, quam unusquisque in suis habet bonis, *l. in re mandata, C. mandat. Alex. in l. 4. §. actor. de re judic. & cons. 78. num. 4. vol. 6. Petr. de Vbald. de collect. in princ. num. 1. & 3. Guid. Pap. decis. 444. num. 2. Wesenbec. cons. 27. num. 26. & cons. 45. num. 10. & 19. Symphor. Supplicat. Camer. Imper. tom. 4. part. 1. vol. 30. num. 259.*

An universitas possit imponere collectas?

5

6 † Et ejusmodi collectas unaquæque universitas sine permissu Principis & sui superioris sibi imponere potest, *l. 1. in fin. ff. quod cujusq; universit. nom. l. omnes provinciarum, C. de oper. publ. Bart. in l. vectigal. ff. de publ.*

Bart.in consil. 180.*num,* 1.*Nicol.Ever.Iun.consil.* 1.*num.* 232.*& num.*233.*vol.*2.*Marpurg.consil.*1.*nu.*6.*& consil.* 7.*num.*24.*vol.*1.*Borch.in d.c.unic.num.*53.*Adrian.Gylman.in Symphor.supplicat.Cam. Imper.p.* 1.*tit.*2.*vol.*1. *n.*98.*cum sequentib.* ubi ita est judicatum à dominis Assessoribus Imperialis Cameræ in causa Meyntz contra Erford.

7 † Et non tantùm universitati est permissum imponere, sed etiam si ipsi imminet aliqua necessitas, & non habet pecuniam in communi, potest ad hoc per superiorem cogi, *l.omnes, C. de oper. public. Bartol. in l.unic.num.* 2. *C. de superind.libr.* 10. *Idem Bart.in l.*1. *num.* 24. *C. de mulierib. lib.* 10. *Idem Bart.in l.*1.*§ quod si nemo,num.*2.*& 4.ff.quod cujusque univers. nom. Idem Bart.in l.*4.*§ actor.in princ.ff.de re judic.* ubi inquit, si illi de universitate nolunt collectam imponere, ipse judex poterit imponere ipsis primò vocatis, *l.fin. C.de muner.patr.lib.*10.*Idem Bart.in l.*2.*num.*3.*C. de immunit.nemin.concedenda.Bald.in l.etiam,num.*13.*C.de execut.rei judicat.Felin.in c.cum omnes,num.*16.*extr. de constitut.*

8 † Et non tantùm potest universitas sibi ita indicere collectas, sed etiam possunt cives universitatis inter se convenire, ut certa quædam tanquam vectigalia dentur ex rerum commerciis quæ à civibus inferuntur, *Iacob. Omphalius de officio & potestate princ.c.*22.*Henning.God.cons.*2.*n.*9.

An universitas possit imponere collectas peregrinis & forensibus.

9 † Hoc tamen in isto genere collectarum diligenter est notandum, licet possit quælibet universitas tempore necessitatis, puta pro ære alieno solvendo vel pro aliis oneribus universitatis supportandis, indicere collectas civibus suis, id tamen non possit fieri in forenses & extraneos, qui illis subditi non sunt, *Bart.cons.*180. id enim verè regale esse videtur, *Rip. respons.*181.*n.* 14. ubi dicit, collectas exigi solùm ab incolis, quos universitas potest collectare absque consen-

consensu superioris, *Idem Ripa respons.* 136. ubi dicit, quòd universitas non potest imponere vectigalia, tributa & similia, quæ exiguntur à quibuscunq;, & apud *Adrian. Gylman. d. loco*, *n.* 76. *& n.* 100 habetur, quòd dictum est universitatem posse imponere collectas vel vectigal pro sua necessitate vel utilitate, locum tantùm habere, si statuta aut collectæ fiant civibus, & ita inter subjectos tantùm, secus verò, si impositio indifferenter concernat etiam extraneos non subjectos & clericos ibi habitantes, veluti quod omnes etiam forenses vehentes & euntes ad vendẽdum vel emendum bona in civitate, aliquid solvere teneantur: tales enim collectas seu gabellas quæ generaliter etiam forenses respiciunt, computari inter regalia vel saltem ad merum imperium secũdùm quosdam. † Verum tamen est quod consuetudine induci possit, ut collectæ possint quoq; imponi peregrinis, *Paris. in cons.* 25. *n.* 54. *in* 1. *vol.* & talem consuetudinem ad summum triginta annis induci secũdùm *Alex. in consil.* 70. *incip. viso & dudum discusso in* 2. *vol.* imò sufficere tempus decem annorum secũdùm *Paris. in d. cons.* 25. *n.* 58. 59 60. 61. *in* 1. *vol. tradit Nicol. Ever. iun. consil.* 1 *num.* 235. *vol.* 2. † Et est etiam hîc sciendum, licet universitas non possit indicere collectas, quæ etiam exigantur ab extraneis, tamen si universitas suis civibus imponit ejusmodi collectas vel vectigal, ut pro frumento, vino, carne, piscibus & aliis, quæ à civibus venduntur, certum quid à civibus & incolis universitati pro usu universitatis solvatur & ob id subditi cariùs vendunt, quàm aliâs solent, licet per consequentiam ista impositio & ordinatio forenses & clericos, qui pluris emere coguntur, etiam gravet, ob id tamen ea ordinatio à forensibus & clericis non potest impugnari, statutum enim quòd non fit principaliter in præjudicium alterius, impugnari nequit,

10

11

Riminald.consil. 181.*num.* 33.*lib.* 3. idque in statuto, quod per consequentiam vergit in præjudicium clericorum, similiter locum habet, *Signorol. consil.* 31. *num.* 18. *Natta cons.* 500.*num.* 9. *Albert. de statut.part.* 4. *col.* 2.*q.* 2. quia semper est inspiciendum, quòd principaliter agitur & nulla habetur ratio, seu consideratio eorum, quæ secundariò & in consequentiam fiunt, & ideo licet extraneis & clericis vinum, cerevisia, frumentum & aliæ res cariùs sint emendæ, & pactiones in præjudicium tertii non valeant, *l. sennus,* §. *ante omnia, ff. de pact. l. domum, ff. de reg. jur. l. sicut,* §. *Aristo ff. si servit. vindicet.* tamen quia hîc universitas utitur jure suo, nemo autem damnum facit, nisi qui id facit, quod facere jus non habet, *l. nemo, ff. de regul. jur. l.* 3. *ff. ad l. Aquiliam*, universitas autem hîc utatur jure suo, & cuilibet venditori permissum sit, tanti vendere, quanti emptorem invenire potest, *l. in causa,* §. *penult. ff. de minor.* 25. *ann.* extraneis & clericis ratione sui interesse nulla competit actio, *Marpurg. in cons.* 1. *vol.* 1. & ita est judicatum in causa Menty contra Erfordt / *Adrian. Gyl. d. loc. num.* 100. Planè si cives pacti essent, nulli licere res suas vendere viliùs statuto precio, haberent extranei vicini & clerici actionem, ex *l. unic. in princ. C. de monopol.* aliud enim est convenire ut liceat cariùs vendere, aliud ne liceat vendere viliùs.

12 *Quæ forma sit servanda, quando universitas sibi imponit collectas.*

† In indicendis autem istis collectis, quas universitas aliqua proferendis oneribus vel utilitate sua ordinat, antiqua forma & usitata consuetudo est attendēda, *arg. l. item 6. ubi gloss. & Bal. ff. quod cujusq; universit. nom.* Ubi usitata consuetudo deest, forma juris est servanda. Ea autem consistit in his. Primum est, is, qui universitati præest, omnes qui jus suffragiorum habent, vel sono tubæ, vel pulsata campana vel voce præconis convocare vel citare debet, & in omnes citandi, *Bart. in l. omnes populi, num.* 16. *ff. de just. &*

stit. & jur. gloss. in l. 2. C. de decur. gloss. in l. aliud, § refertur, ff. de reg. jur. hujus citationis effectus ille peculiaris est, ut si aliqui emaneant, nihilominus præsentes possint actum perficere, *Bart. in l. 1. num.* 3. *de alb. scribend. per auth. si omnes, C. si minor se hæred. abstineat.* Alterum est, ut convocet in curiam vel alium locum publicum & consuetum, *d. l.* 2. *C. de decur. lib.* 10. *l. si quod extraordinarium, C. de legat. lib.* 11. Tertium est, ut ad istam convocationem ad minimum duæ partes totius universitatis vel populi sint præsentes, *arg. l. nominationum, C. de decur. lib.* 10. *gloss. in l. nulli, ff. quod cujusq; universitatis nomin.* quod tamen est verum, si nullum est periculum in mora, secus esset, si grave aliquod periculum vel necessitas immineret, nam tunc vocatâ totâ universitate ad locum & diem certum, tota potestas recidit ad solos præsentes, licèt sint numero pauciores absentibus, *Alban. in in addit. ad Bart. in l. omnes populi ff. de justit. & jur.* quòd instante necessitate vel periculo imminẽte propter publicum bonum priores sive decuriones civitatis possunt transgredi leges & statuta civitatis, ut singulariter docuit, *Bart. per illum text. in l. tum navarcorum, C. de navic. lib.* 10. Quartum est, ut, istis duabus partibus præsentibus, specialiter proponatur à rectore universitatis vel populi quid statui placeat, *§. lex, §. plebiscitum, Instit. de jur. natur. gent. & civil. l. item veniunt, §. pridie, ff. de petit. hæred. l.* 1. *in princ. & ibi Alex. ff. ad l. Aquil. Bart. & Ias. in l.* 1. *ff. de legib.*

Quintum est, ut major pars consentiat, hîc dicit *Wesenbec. in parat. ff. quod cujusq; universitat. nom. nu.* 4. non satis esse duas partes consentire presentium, sed ut consentiant duæ partes seu major pars universitatis esse necesse, sed contrarium, quòd nimirum sufficiat major pars præsentium est verius, *gloss. in l. ubi absunt, in verb. major pars, ff. de tutor. vel curat. dat. ab iis, gloss. in l. nulli. in verb. duæ partes, ff. quod cujusq; universit.*

versit. & hanc esse communem legistarum & canonistarum opinionem tradit *Laurent.* Kirchoff *in thesaur. comm. opin. in l. 5. verb. universitatis duæ partes.* Sextum est, ut consentiant simul, non separatim in ædibus suis, *Bart. in l. omnes populi, nu. 18. ff. de justit. & jur. c. in genesi extr. de elect.*

13 † Istæ autem collectæ si respiciunt munus patrimoniale vel mixtum, *l. omnes, C. de oper. public.* vel est dubium, quale sit munus an patrimoniale an verò personale, *l. rescripto, ff. de muner. & honor.* imponuntur per solidum & libram, hoc est secundùm facultatem patrimonii; si verò respiciunt onus personale, imponuntur per capita, *§. illud. Instit. de societ. l. secundùm naturam, ff. de regul. jur.* Et collectam eo modo esse imponendam, secundùm quem esset distribuendum onus propter quod imponitur, tradit *Bartol. in l. 4. §. actor. ff. de re judic. Bald. in l. etiam prope finem, C. de execut. rei judic. & ad Speculat. in tit. de censib. Rip. in consil.* 183. *num.* 26. *Natta in consil.* 157. *num.* 5. *Bero. consil.* 150. *num.* 50. *volum.* 1. *Bertrand. in consil.* 53. *num.* 3. & 5. *vol.* 1. *Ioan. Petr. Surd. cons.* 289. *num.* 10. Possunt etiam cives, si ita idoneum visum fuerit, inter se convenire, ut certa quædam tanquam vectigalia dentur ex rerum commerciis, quæ à civibus inferuntur & venduntur, ut suprà *ex Omphalio & Henningo Goëden* est traditum, cui accedit *Adrian. Gylman. in supradict. loc.* 105. & *n.* 137. *vers. quartò licet.*

14 † Alterum genus collectarum est, quod ratione magistratus competit, & hoc genus collectarum est de regalibus, & ad regalia pertinet, eique competit, qui habet alia regalia, *cap.* 1. *vers. extraordinaria, & ibi Bald. quæ sint regal. Schurff. cons.* 59. *n.* 20. *cent.* 1. *Cravet. cons.* 195. *Menoch. cons.* 32. *nu.* 30. *lib.* 1. *Natt. in cons.* 181. *n.* 5. *vol.* 1. *Socin. Iun. cons.* 98. *n.* 15. *cum seq. vel.* 3. *Neviz. cons.* 66. *Laurent. Sylv. cons.* 9. *n.* 15. Et hanc receptiorem sententiam dicit *Rosent. de feud. c.* 5. *conclus.* 74. *n.* 1.

† Has

† Has collectas potest imponere Imperator, *l. 1. & ibi Dd. C. de superindict. l. placet, C. de excusat. muner. lib. 10. Rosent. de feud. c. 5. conclus. 74. n. 4.* † Non tamen absolutè, sed ita demum, si concurrant duo, primum est, necessitas vel singularis publica utilitas, quales sunt, incursiones hostiles, pontium & viarum refectiones, patriæ necessariæ defensiones, civitatum & oppidorum imperii recuperatio, castri vel oppidi munitissimi, quo hostes procul arceantur, emptio & similes causæ. Alterum est, Imperatorem ex suo & ex ordinariis reditibus absque notabili deminutione sui patrimonii, non posse ferre impensas propter quas collectas indicit, vel succurrere necessitati occurrenti. Daß nicht wol erschwinglich auß jhrer Majestät Cammer Gütern vnd gefällen zu leysten vnd darzustrecken, *l. fin. C. de privileg. dom. August. lib. 11. Andr. de Iser. in cap. unic. n. 59. & Matth. de Afflict. in verb. extraordinaria nu. 1. & 2. quæ sint regalia, Bald. in l. neminem, C. de sacros. eccles. & in c. conquerente, de offic. ordin. Cardin. in Clement. 1. col. 6. de excessib. prælat. Natta cons. 380. Luc. de pen. in l. 1. col. 2. C. de superind. lib. 10. Soc. Iun. cons. 98. n. 10. lib. 3. Menoch. cons. 75. n. 86. & 87. & de arbitr. Iud. q. cons. 178. nu. 13. & 14. Francisc. Marc. q. 471. p. 1. Boër. decis. 134. ad fin. n. 8. præposit. in prælud. feud. n. 78. Rosent. de feud. c. 5. conclus. 79. Gars. de expens. c. 25. num. 31. 33. 34. 35.* ubi tradit, quod Rex Hispaniarum debeat classem armatam, qua Piratæ regnum infestantes longiùs propelli possent, extruere suis sumptibus & expensis, nullâ ad hoc subditorum expectatâ largitione, quòd præstatio tributorum obliget Regem ad defensionem, & cum reditus percipit eorum nomine, sumptus quoq; sustinere debeat. † Planè hodie per capitulationem Electorum Imperii cum electis Imperatoribus caveri solet, ne fas sit Imperatori absq; statuum cõsensu etiam necessitate urgente collectas imponere, unde hodie Imperator

15 *Quis magistratus possit imponere collectas? Et quibus in casibus.*

16

17

prius status Imperii debet convocare, & de necessitate occurrente admonere, & super impositione collectarum consensum & judicium statuum Imperii expectare. Idemq; similiter in Regnis Galliæ, Poloniæ, Hungariæ, Daniæ, Angliæ frequentari constat, ne scilicet absque ordinum consensu collectæ imponantur, ejusmodi provinciarum privilegiis & consuetudinibus standum est, neque ex moribus antiquis quicquam immutandum, *l. quod si nolit*, §. *assidue. ff. de adilit. edict. Petr. Heig. quæst.* 18. *num.* 9.

18 † Similiter si necessitas vel singularis publica utilitas urget, & oneri & impensis sunt impares, in suis ditionibus possunt imponere alii magistratus, qui superiorem non recognoscunt, qualis est Rex Hispaniarum, Galliæ, Angliæ, Poloniæ, Daniæ, quia ipsi in omnibus quoad Regna sua Imperatori æquiparantur, *Bart. in l.* 1. §. *de qua, ff. de postulat. Bart. in l.* 3. *ff. de minor. Bart. in l. infamem, ff. de public. judic. & l. hostes, ff. de capt. & postlim. revers. Bald. in l. receptitia, C. de constitut. pecun. Bald. in l. exemplo, C. de probat. Alex. consil.* 2. *num:* 9. *lib.* 1. *Ias. in l.* 1. *C. quand. libell. princip. oblat. fac. lit. contestat. Ias. in l. à judice, C. de judic. Ias. in l. ex hoc jure, ff. de justit, & jur. Dec. in l.* 1. *ff. de offic. ejus, cui mand. est jurisd. Albert. Brun. consil.* 45. *num.* 19. *Aym. Cravet. consil.* 135. *num.* 2. *Roland. à Valle consil.* 29 *num.* 26. *& in lib. quæst. de lucro dotis, quæst.* 3. *num.* 8. *Ruin. consil.* 175. *num.* 22. *libr.* 1. *Thom. Grammat. consil. civil. consil.* 103. *num.* 3.

19 † Item possunt suis imponere, qui habent ex consuetudine vel præscriptione, *Wesenb. consil.* 45. *num.* 13. Sed hoc intelligendum est, de præscriptione tanti temporis, cujus initii non extat memoria, *c. super quibusdam*, §. *præterea, de verb. signif. vide quæ suprà tit.* 4. *de oper. num.* 3.

20 † Item illi qui habent ex speciali privilegio & concessione, *Wesenb. cons.* 45. *num.* 10. & 13. *Rosent. de feud. cap.* 5. *conclus.* 74. *num.* 6. *per ea, quæ*

suprà

suprà sunt tradita in versic. alterum genus est. † Item illi 21 qui merum & mixtum imperium & omnimodam jurisdictionem habent, *Alex. in addit. ad Bart. in l. unic. C. de superind. Bart. in l. placet, num. 31. C. de sacros. Eccles. Schurff. cons. 59. num. 2. cent. 1. Henning. Goed. consil. 34. num. 4.* dummodo alius istic loci regalia & hujusmodi jus non possideat aut singulariter exerceat, *Rosent. de feud. cap. 5. conclus. 74. num. 6.* ubi dicit: Cameram Imperialem judicasse in causa Comitis de Hanaw contra Hatgaw incolas aliquot pagorum Anno 1556. quòd merum & mixtum Imperium habens pro singulari istius loci communi utilitate & necessitate possit collectas indicere & exigere, Daß er die Unterthanen zu deß Orts fürfallender notturfft vnd erheischenden Nutzen / mit zimblichen vnd gebürlichen Schatzungen vnnd Anlagen zu belegen macht habe. † Porrò præter casus necessitatis & uti- 22 litatis publicæ recenseri solent & alii sex, in quibus subditi possunt collectari ab iis qui habent potestatem collectandi.

† Primus est, si transeat exercitus Imperatoris, & 23 isti Imperatoris exercitui aliquid victus vel simile sit largiendum, *Hostiens. in summ, de immun. eccles. specul. tit. de feud. § quoniam, vers. & nota quod vasalli, num. 67. & ibidem Additi. Ioan. Andr. Raynaud. in C. imperialem, §. firmiter, de prohib. feud. alien. per Frider. num. 41. Ioan. Blanc. in summ. feud. c. 1. num. 34. lib. 2. Chass. in consuetud. Burg. rubr. 1. §. 4. in princ. num. 8. vers. item tenentur, Bursat. cons. 16. num. 17. 20. & seq. vol 1.* Quod amittunt, si dominus istos sumptus non possit ex patrimonio suo commodè sustinere, *Chass. de loc. in addit. nec valet constitutio Schneidw. de feud. part. 5. num. 119.* Et Imperator hoc pro suo exercitu transeunte exigat vel poscat, *Rosent. de feud. c. 5. conclus. 76. n. 1.*

† Secundus casus est, si Imperator per istum lo- 24 cum transeat vel eò hospitatum veniat, & pro ipsius

receptatione aliquid sit impendendum, dominus verò ex se isti oneri & impensis sit impar, *c.qui pleriq; de immun.eccles.c.prohibemus,de censibus, c.cum ex officio & cap.accedentes de praescript. Archidiac.in cap. unico*, 10, *quaest. 3. Apostillantes ad Abbat.in cap.cum Apostolus, sub num. 5.versic.utrum Episcopus,de censib.Franc.de March. quaest.1025.part.1. Menoch.de arbitr.jud.cas.178.nu.11. lib.2.cent.2.Chass.in consuet.Burg.rub.1.§ 4.in princ.n.8. vers.secundò dicit specul.Rosen.de feud.c.5.conclus.76.* ubi in litera C.dicit, se credere hunc casum causam satis probabilem continere, ne videlicet Imperatori debitus honor reverentia & liberalitas denegetur, ad quae dominus ex suo non sufficiebat.

25 † Tertius casus est, si dominus pro se vel suo filio velit acquirere equestrem vel aliam dignitatem, *Hostiens.in summ.de immunit.eccles.§.1. Raynaud.in cap. Imperialem, §.firmiter, de prohib feud. alien.per Frider. num.41 specul.in tit.de feud.§.quoniam, versic. & nota, Ias.in l.placet, lectur. 2.n. 19. C. de Sacros. Eccles. Afflict. decis.165.nu.44.* MODO DOMINUS de suo facere non possit, *Alexan.in Apostill. ad l.placet, C.de Sacros.Eccles.* Dissentiunt *Ioan. Andr. in addit. ad specul.tit. de feud.§. quoniam, Castrens.& Parpal.in l.placet, C. de Sacrosanct. Eccles.Iacob.de S.Georg.in tr. de feud. verb. quiquidem investiti praestiterunt,n. 75.& de homag.nu.33.Zas.de feud. part.7.nu.51.Iul.Clar.in § feudum quaest.29. Petr. Iacob. in pract.sua rubr.ex quib.caus.Albert.Brun.consil.32.n.7.* Et cùm hoc ad solam privatam domini utilitatem & honorem, non autem commune patriae commodum spectet, se huic dissentientium sententiae regulariter subscribere ait *Rosent.de feud.cap.5.conclus.76.* Planè, si per dignitatem, quam dominus cupit acquirere, eius honori notabilis fieret accessio & ea dignitas modicâ contributione subditorum acquiri posset, deficientibus domini facultatibus, ego crederem, vi homagii praestiti subditos esse obliga-

tos

tos, pro viribus contribuere, quod honoris domini amplificationem pro viribus promovere teneantur; *c. 1. qualit. jur. deb. Vasall.*

26 † Quartus casus est, si dominus injustè captivus detineatur, de quo casu vide suprà *tit. 8. de domini capti redemptione.*

27 † Quintus casus est, si dominus territorium aliquod de novo emere aut acquirere velit, quem casum ego eatenus admitterem, si dominus non haberet satis territorii unde se atq; suos pro sua dignitate atq; statu sustentare posset, per ea quæ suprà *tit. 7. de alimentis* sunt tradita; vel publica hoc suaderet utilitas & dominus ex suo facere non posset, veluti si venale esset castrum vel oppidum, ex quo procul arceri possent hostes, vel venale esset territorium, castrum vel oppidum vicini admodum rixosi, *Oldr. cons. 104. Boër. decis. 134. nu. 2. Marin. Frecc. de feud. lib. 1. pag. 172. n. 24. Menoch. de arbitr. judic. cas. 178. n. 8. Rosent. de feud. c. 5. conclus. 76. n. 8. & 9.*

28 † Sextus casus est, si dominus elocet filiam suam, & hanc esse communem Dd. doctrinam auctores sunt, *Laur. Kirchoff. com. opin. cent. 5. conclus. 77. Myns. obs. 21. n. 4. cent. 5. Petr. Gregor. in Syntag. jur. univ. c. 7. n. 11. lib. 3.* & Germaniæ consuetudine receptum ait, *Zas. de feud. part. 7. n. 51. Myns. d. loc.* sed cùm id privatam domini commoditatem respiciat, quòd subditi hoc casu de jure non teneantur, verius esse credunt, *Ioan. Andr. in addit. ad specul. tit. de feud. §. quoniam ad n. 67. Salicet. in l. 3. post num. 3. versic. sed ex his, C. nov. vectigal. institui non poss. Ioan. Fab. in l. 3. num. 2. C. de statu. & imag. Paul. Castr. in l. neminem, num. 3. C. de Sacrosanct. Eccles. Vasq. illust. controv. lib. 1. cap. 7. num. 3. Petr. Iacob. in sua pract. rubr. de caus. ex quib. vasall. item de succes. feud. Alberic. in l. 1. C. de jurisdict. omni. jud.* & hanc esse communiorem & veriorem testatur *Albert. Brun. in consil. 32. numero septimo, Iul. Clar. in § feudum,*

quasi

quæst. 29. & communem fatetur; *Parif. consil.* 25. *num.* 2. *vol.* 1. Et sic judicatum esse in Camera Imperiali in causa Hanaw contra Hatgaw tradit *Rosent. de feud. c.* 5. *conclus.* 77: nisi ex præscriptione, inveterata loci consuetudine, pacto aut conventione cum subditis inita, domino tale jus sit quæsitum, *Rosent. d. loc.*

29 † Planè cùm ad honorem domini spectet, filiabus suis convenientem dotem constitui: & subditi in præstatione juramenti jurent, sibi curæ fore honorem domini, ego arbitror, si dominus, salvâ dignitate atq; statu suo non possit ex patrimonio suo commodè filiæ dotem congruentem constituere, subditos teneri moderatum quid conferre ad dotem congruentem filiæ suæ constituendam, *Iacob. de S. Georg. verb. qui quidem investiti num.* 76. *Petr. Frider. Mindan. de mandat. lib.* 2. *c.* 44. *num.* 5. *in fin. ibi vel necessitas postulet, ob principis fortè tenuitatem. Schrad. de feud. part.* 6. *nu.* 106. Ubi extendit, ut etiam procedat, si dominus filiam spuriam elocare velit, ad hoc allegans *Martin. Laud. in c.* 1. *an apud jud. vel dom. feud. quæst. deterri. deb. prepos. in c.* 1. §. *similiter, de cap. Corad. Iacob. de S. Georg. verb. qui quidem investiti. num.* 79. *Zas. in tr. feud. part.* 7. *num.* 50. & de stylo & observantia curiarum Franciæ opinionem Cyni, Bartoli & aliorum, quæ est secundum jus canonicum, contra subditos approbari ut moderatè adjuvare teneantur dominum ad dotandam filiam naturalem aut spuriam, non tamen incestuosam tradit *Boër. decis.* 127. *num.* 19. Dissentiunt *Iacob. de S. Georg. in verb. qui quidem investiti præstiterunt juramentum. Rosent. de feud. cap.* 5. *conclus.* 79. *num.* 4. *Andr. Gayl. libro secundo, observ.* 88. *num.* 21. Ego & hîc spectandum esse censeo, quid honor domini exigat.

30 † Verum apud hunc sextum casum occurrunt adhuc quinque aliæ quæstiones. Prima est si subditi tenentur

nentur contribuere pro maritanda filia domini, an hoc sit intelligendum de prima filia tantùm, an de cæteris quoque? Et dicit *Guido Papa decis. 57. in fin.* de prima filia tantùm esse intelligendum, & de primo ipsius matrimonio, per *l. sancimus, la. 1. C. de consul. lib. 12. & l. boves, §. hoc sermone, ff. de V. S.* & sequuntur *Sainxon. in comment. consuet. Turon. tit. de loyaux aydes, §. 4. in princ. Chass. in consuet. Burg. tit. 1. §. 4. etiam in princ. Grammat. cons. civil. 38. Anton. Gabriel. Roman. com. opin. conclus. 2. num. 8. tit. de legib.* MASVERIUS autem *tit. de Tall. vers. item quatuor*, dicit id iterari posse in personis plurium filiarum, sed non in persona unius quasi dicat, id procedere in omnibus filiabus, sed pro primo tantùm cujusque matrimonio, & hanc sententiam veriorem putat. *Matth. de Afflict. in constit. Sicilie, intit. quàm plurimum, col. 3. versic. & prima virum. Boer. decis. 131. num. 1.*

31 † Altera quæstio est, si subditi semel dotarunt domini filiam & casu fortuito dos est perdita, filia verò vidua facta ad secundas transtat nuptias, an subditi iterum pro dote contribuere teneantur? Et quod non teneantur amplius contribuere, tenent *Masuerius in tit. de Tall. col. 3. in fin. vers. item quatuor casus sunt. & Guid. Pap. quæst. 57. in fin.* qui allegat textum *in l. boves, §. hoc sermone, ff. de V. S. in l. penult. C. de consul. lib. 12. Chass. in consuet. Burg. tit. 1. §. 4. vers. juxta illud, in fin. Ioan. Sainxon in commen t. Turon. tit. de loyaux aydes, §. 4. in princ. & Ioan. de Garronib. in repetit. rubr. de secund. nupt. in 37 pœn. & dicit Boer. decis. 131. num. 8.* quòd ad istam secundam dotem vasalli & subditi contribuere non teneantur & pro hac conclusione facere, quòd dicit *Baldus in l. fin. col. 2. vers. sed nunquid ex cas. de dote promiss. stant. statut. vel consuetud.* licet teneatur frater dotare sororem, si tamen semel dotaverit, & casu fortuito dos fuerit deperdita quòd non teneatur amplius dotare.

† Tertia

32 † Tertia quæstio est; an teneantur subditi contribuere pro filia domini religionem ingressa? & non solùm pro filia macipāda teneri subditos juvare dominum sed & pro filia religionem intrante, tenet *Iacob. de S. Georg. homag. col. vlt.* dicens, super hoc se cum pluribus valentissimis viris consuluisse, cùm bona sit argumentatio de carnali matrimonio ad spirituale, *c. inter corporalia. de translat. Episcop. c. tua & ibi latè per Ioan. de Imol. de spon.* quoniam dos debetur filiæ intrāci religionem sicut nubenti ut voluit *Bart. in auth. res quæ vers. quæro an pro filia.* quem ibi sequitur *Bald. vers. quæro si filia vult ingredi Ias. vers. quintò tenet Bart.* cum quo alii transeunt, & alii, quos refert & sequitur *Boër. decis. 126. n. 12.* Dissentit *Chassan. in addit. lib. consuet. Burgund. fol. 54.*

33 † Quarta est quæstio, an dominus pro suis vel sui filii nuptiis aliquid à subditis petere possit? Et quod non possit hoc casu aliquid à subditis petere, consentire omnes tradit *Rosent. de feud. c. 5. conclus. 79. n. 5.* quia quando pater sibi vel filio suo facit nuptias, recipit dotem uxoris vel nurus, & fit ditior, sed quando nuptui tradit filiam, dotat de suo & fit pauperior, ideo tunc tenetur subditus juvare dominum, & hoc verum esse dicit *Boër. decis. 130. n. 14.* nisi dominus ex privilegio hoc haberet vel consuetudine, quòd pro filio vel fratre alibi extra domū maritando, quos aliquando contingit ad uxoris domum cum certa pecuniæ summa accedere, *l. mulierē, ff. de ritu nupt.* collectam imponere posset. Ego putarem, si honor domini pericliretur, nisi pro ferendis sumptibus aliquid contribueretur, subditos vigore præstiti homagii esse obligatos ad moderatum aliquid conferendum.

34 † Quinta quæstio est, an fœmina, regalia vel merum & mixtum imperium & omnimodam jurisdictionem habens vel subditos possidens qui tenentur ex consuetudine vel conventione constituere dotem filiæ sui domini, pro se ipsa hono-

nora-

norabiliùs maritanda collectam istis suis subditis possit imponere? Et Masverus *in sua praxi tit. de success. & ult. vol. col. penul. in princ. vers. & similiter collectizandi homines subjectos in quatuor casib.* dicit, hoc jus ad filias non transire, dato quòd terra & jurisdictio ad ipsas spectet, & pro ista opinione adduci solet generalis regula statuta stricti juris esse, ideo restringenda forte & non amplianda, sed contrarium sibi verius videri ait *Boër. decis.* 130. quòd statutum vel consuetudo respiciat favorem mulierum, vt facilius ob dotem bonum maritum inveniant, & dedecus sit accipere uxorem sine dote, & cum patri ob filiarum favorem succurratur, multò magis eidem filiæ succurri debeat, & ratio consuetudinis & statui magis favorifet filiam quàm patrem, & quamvis consuetudo, statutum aut privilegium non sint amplianda, non tamen sint absurdè interpretando & privilegium singulariter concessum extēdatur ad aliud ratione correlationis. † Illud hîc diligenter est Primo notandum, quòd neq; supremi Principes neq; inferiores imponere possint subditis suis collectas nisi concurrant duo. † Primum est, quod causa sit necessaria & justa. † Alterum, quod dominus salva dignitate atq; statu suo non possit ex suo proprio occurrenti necessitati succurrere; *Guido Papa decis.* 551. *num.* 1. & *singul.* 13. *Cravet. in consil.* 308. *num.* 2. *Nevizan. in cons.* 66. *num.* 1. *Socin. Iun. cons.* 98. *n.* 10. 11. *lib.* 3. *Alciat. consil.* 161 *num.* 12. *Menoch. cons.* 75. *nu.* 86. *lib.* 1. *Fachin. lib.* 1. *cons.* 11. *num.* 7 *Boër. decis.* 126. *n.* 6. Neque hoc in casu standum esse assertioni ipsius Principis dicentis, justam esse causam & se non habere de suo, cùm ex assertione hujusmodi ipse Princeps commodum sentiat, subditi verò incommodum; tradunt *Oldrad. in cons.* 258. *Isern. c.* 1. *tit. qui succ. tene. ubi etiā Afflict. n.* 69. *Fachin. d. lib.* 1. *cons.* 11. *n.* 8. Et oēs casus, quib. dictū est subditos ad contributionē teneri, intelligendos esse

35 36 37

sido-

si dominus ex reditibus suis vel sine notabili deminutione rerum suarum facere non possit, aliâs enim ante omnia suum marsupium excutere debere, & si sic mederi non possit, tunc demum moderatè & charitativè in casibus licitis exigere posse tradit *Rosent. de feud. c. 5. conclus. 79. num.* 1 *&* 2. ubi dicit, se nec inter legendum aut scribendum contradicentem obviam habuisse. Et relatas causas esse declarandas & intelligendas, quando dominus non potest ex suo proprio ferre onus & impotens reperitur absque sua culpa ad impensas illas faciendum ait, *Menoch. de arbitr. jud. cons.* 178. *num.* 13. *&* 14. *& Petr. Frider. Mindan. de mandat. lib.* 2. *c.* 44. *num.* 3 dicit, Principem omnia sibi incumbentia onera, quæ quotidiè multa obveniunt, etiam collectas statibus Imperii impositas ex suis ordinariis illationibus deque suo solvere & præstare, non verò à subditis exigere debere, & regulariter de suis reditibus & ex Camera sua, deque proprio marsupio, ut inquit, *Bald. in l. neminem, C. de sacros. eccles.* primò expendere debere: nam cùm annuas ordinarias indictiones atque reditus loco stipendii habeat, quantùm fieri potest illis debere esse cõtentum, etiamsi bellum pro publica tranquillitate moturus sit, *Cyn. & Alberic. ibidem*, propterea enim Principes armis & legibus munitos esse, ut potentiam & justitiam, ubi decet, exerceant, *in proëm. Instit.* deque suo digna magistratu officia administrent, *l. rescripto 6. in princ. de muner. & honor.* Et cùm tributa Principum Cameris & thesauris illata, pro publicis functionibus & subditorum defensionibus impenduntur, tum demum finem, ad quem destinata sunt, consequi, quin & aliunde provenientes reditus Principem publicis necessitatibus deputare priùs debere, quàm subditos gravare, *l. fin. C. de privileg. dom. August. lib. tit* 74. Et hanc sententiam, quòd regulariter Princeps onera sibi incumbentia & imperii

rii collectas auß seinem Cammer Gut & ex publicis proventibus expedire teneatur, etiam inde confirmare, *Modestin. Pistor. consil. 9. num.* 8. quòd in recessibus Imperii singulariter indultum statibus atque principibus reperiatur, si quando ex subditis collectas conficere necesse sit, Daß den Churfürsten vnd Ständen deß H. Reichs/diese macht sonderlich gegeben wird/ die Reichs Anlage/von jhren Vnterthanen einzubringen/ vnnd dieselben derhalben mit Stewer zu belegen/ quod frustratorium esset, si onera & collectas suas Principes subditis suis imponere possent.

† Planè hodiè si de collectis Imperii agatur, subditi regulariter, etiamsi Princeps solvendo sit, tenentur, ut constat ex recessibus Imperii Wormatiæ Anno 1495. Augustæ Anno 1500. Coloniæ Anno 1512. iterum Augustæ Anno 1518. Norimbergæ Anno 1522. & Anno 1524. Spiræ Anno 1544. Ratisbonæ Anno 1557. † Secundò est notandum ubi dominus ex conventione potest collectare subditos ad placitum & voluntatem suam, & toties quoties per ipsum fuerint requisiti, hoc debere intelligi secundùm subjectam materiam, quoties nimirum subest justa causa & dominus de suo commodè facere non potest, quod verba debeant intelligi cum temperamento iustitiæ *Bald. in l. quod dicimus, arg. illius text. ff. de solut.* & restringi ad ea, quæ sunt de natura dispositionis cui adiiciuntur, *Bald. in consil.* 67. *incip. quia ex facto col.* 1. *post med. lib.* 3. *Calcan. consil.* 1. *col.* 15. *Dec. in l.* 1. *C. qui admitt. Laur. Sylv. consil.* 57. *num.* 19. *Crav. cons.* 144. *num.* 7 *lib.* 1. etiamsi sint universalia & geminata simul, *Ias. in l. stipulatus sum Danam. num.* 3. *ff. de V. O. arg. l.* 1. *iunct. gloss. ff. solut. matr.* & moderari ad arbitriũ boni viri *Alber. de Rosen. in suo dictionario, in verb. Tallia sive exactio. Boër. decis.* 131. *nu.* 22. videtur velle, eo in casu, dominum bis tantũ imponere posse, dum

38

39

G dicit,

dicit, & alia etiam opinio in casu nostro scilicet in legato & relicto, aut in subsidio & tallia pro casibus prædictis super homines subditos imponenda, vel etiam pœna in contractu pro conventione promissa toties, quoties vel quandocunque contraventũ fuerit servatur, quod bis tantùm imponatur vel exigatur, ne gravamen hominibus nimium fiat.

40 † Collectæ regulariter non possunt imponi nisi personis subditis, *l.rescripto, §.fin.ff.de mun. & honorib. l.omnes provinciarum, C.de operib.publ. Bart. in l.unic.nu. 25.C.de mulier.& in quo loc. Noviss.decis.Camer. Imper. tom.2.lib.1.decis.6.n.44.Bald.in l.etiam, C. de execut.rei judic.Feder.Sen. Alex.Aretin. Corn.Socin. Dec.Curt.Iun. Neviz. Gabriel. & Festas.* quos omnes congerit & sequitur *Burs.cons.*161.*n.* 13. ubi dicit magis commu-

41 nem. † Extraneis vel forensibus non possunt imponi respectu possessionum, quas habent in territorio collectantis, *Bart.in l.libertus, §.sola,ff.ad municipal. Idem in l.cum neq; C.de incol. Idem in l.un. vers.sed quaero cui, C.de mulier.& in quo loco, Roland.à Vall.cons.32.nu. 8.Natt.cons.160.n.7.Calder.cons.6.de censib. Salicet.in l. neminem,n.1.C.de Sacros.Eccles.Corn.in cons.199.n.11. lib.1.Alex.in cons.52.lib.5.Dec.in cons.307.n.8.& 285. n.2.Soc.Iun. in cons.49.nu.28.lib. 1. Neviz.cons.66.Tob. Non.cons.45.Francis.Bec.cons.73.n.90.Cephal.cons.317. n.24.lib.3.Hippol.Rimin.cons.25.n.12.lib.1.Bursat.cons. 16.n.31.lib.1.Fich.in addit, ad Villal. com. opin.lit.C.nu. 101.Andr.Fach.lib.1.cons.11.n.9. Anton. Gabr.Roma. com.opin.tit.de jure immun.conclus. 2. in princ. lib.6.* ubi plurimos citat, *Guid. Pap.decis.396.Myns.obs.22.cent. 5.Andr.Gayl.obs.52.n.13.lib.2.Symphor.supplicat.Camer.imperial.de collect.part.2.tit.6.vol.1.num.13.& 14.* Nisi in octo casibus. † Primus casus est, si necessitas vel causa imponendi concernat, etiam commo-

41 dum vel defensionem rerum, quas in territorio collectantis forensis possidet, quòd secũdùm naturam

Quibus personis possint imponi collectæ.

An extraneu, vel forensibus possint collectæ imponi.

æquum

æquum sit, onera cujusq; rei sequi eum, quem sequũtur commoda, *l. secundùm naturam, ff. de reg. jur. & ita sentit Tiber. Dec. in respons. 55. n. 4. lib. 1. Paris. cons. 25. n. 8. & 9. lib. 1. Luc. de penn. in l. unic. col. 3. C. de mulier. Bald. in l. per Pitiniam, C. de immun. nemin. concedend. lib.* 10. ubi dicit imponenda collecta inspiciẽdam esse causam, ob quam indici debet; utrùm illa omnes de provincia tangat pariter, ut si imponatur causa tuendi provinciam & habendi proprios stipendiarios, quę causa omnes tangit & principaliter publicæ utilitatis causa fit, tunc omnibus indici debent, etiam ei, qui unam tantùm domum vel possessionem aliquam in provincia illa habet, idque pro modo patrimonii, quod habetur sive in immobilibus sive animalium capitibus, sive pecunia numerata. *per l. fin. & ibi not. C. de muner. patrim.* idem habetur *in noviss. decis. Cam. Imper. tom. 2. lib. 1. decis. 6. n. 81. & 82. Andr. Gayl. lib. 2. obs. 52. n. 15. & 16. Rosent. de feud. c. 5. conclus. 81. n. 2.* † Secundus casus est in usurario, cui etiamsi forensis sit, potest imponi collecta pro pecunia, quam ibi habet prout tenent *Bart. in l. munerum, §. patrimoniorum, ff. de mun. & honor. idem Bart. in l. 1. C. de mulier. & in quo loc. lib. 11. idem Bart. in l. neq;, C. de incol. lib. 10. Bald. in l. etiam, C. de execut. rei judic. Parpal. in l. placet, in 3. fallent. C. de Sacros. Eccles. Calder. in cons. 6. de censib.* † Tertius casus est, si collectare volens à Principe habeat privilegium collectandi forenses, *Bart. in locis suprà allegatis, Bald. in l. fin. C. sine cens. vel reliq. Alex. de Imol. consil. 68. vol. 2. Paris. cons. 25. n. 94. vol. 1. Myns. obs. 22. cent. 5. Andr. Gayl. obs. 52. n. 23. lib. 2. Anton. Gabr. Rom. com. opin. lib. 6. tit. de jur. immun. conclus. 2. n. 6.*

43

44

† Quartus casus est, si apparet, dominum istius consuevisse collectare forẽses ratione possessionum in territorio suo sitarum, *l. munerum, §. præterea, ff. de muner. & honor. Bart. in l. 1. C. in quo loc. mulier. libr.* 10, *Jas. in l. placet, C. de Sacros. Eccles. Alex. in cons.* 148. *nu.* 2.

45

vol.6.& consil.68.num.4.vol.2.& consil.25.volum.5.& consil.101.vol.1.Dec.consil.694.num.2. Paris. consil.25. num.16.& 55.vol.1.Roland.cons.32.vol.1.Ant. Gabriel. Roman.in com.opin.lib. 6.tit. de jure immun. conclus.82. num.1.& 2.Fich.in addit.ad Villalob.lit. C.189. Mynsin. obs.22 cent.5. Andr. Gayl.libr. 2.obs.52.num.17.& 18. ubi dicit ad decidendas controversias in materia pensitationum sive collectandi omnium maximè esse considerandam & observandam antiquam consuetudinem regionis & loci, ubi imponuntur hujusmodi collectæ, & si quidem, ex præscripta consuetudine etiam forenses ratione possessionum collectari consueverunt, eam servandam esse etiam in oneribus merè personalibus, nam valere consuetudinem, ut onera etiam personalia forensibus imponantur per text. *in l.1.C.de aur.corona,lib.* 10. *& similes.* Videtur autem Bartolus *in l. cum neque, C. de incolis,* excipere in hoc casu consuetudinem temporis immemorialis, ei accedunt *Aretin.cons.132. Alex.consil. 52.vol.5.& consil.68. vol. 2. Ruin. consil. 116.vol.4.& cons.126.vol.4.* Sed quod 40. vel 30. anni sufficiant, tenet *Alex.in cons.68.vol.2.* Ita esse cōcordandas istas opiniones dicit *Anton.Gabr.Roman.com.opin.lib 6.tit. de jure immun.conclus.2.num.* 11. ut prima opinio procedat in juribus realibus, in quibus requiritur tempus antiquissimum, secunda verò opinio procedat in personalibus. Sed secundùm sententiam communiorem voto approbatam decennium sufficere autumant, *Ias.in l.de quibus, num. 3.ff.de legibus, Corn. cons.258.vol.4.Apostill.ad Bart.in l.1.C.de mulier. & in quo loc.Balb.de præscript.in 3.part.quinta partis princ.q.6. Nicol.Festas,in tr.de æstim.& collect.p.2.c.3. An & quando forensib.indicentur collecta,num.25.versic.occurrit circa hoc.Andr.Gayl.lib.2.obs.52.num.23.Myns.cent.5.obs. 22.Laur.* Kirchov/ *in thesaur.comm.opin.lit.c. versic.collectam etiam forensibus, & alii*, quoniam ut is, qui jus

colle-

collectandi habet, hoc contra forensium bona in suo territorio sita extendat, de regalibus non est.

† Quintus casus est, si statutum disponat, ut quicunque habeat possessiones in territorio, contribuat in collectis, hoc enim magistratum istius loci in quo bona sunt sita per statutum ordinare posse tradunt. *Bald. in l. 1. C. de sent. quæ pro eo, quod interest, Alex. in cons. 101. vol. 1. & cons. 68. num. 12. vol. 2. & in cons. 52. vol. 5. & in cons. 128. vol. 6. Paul. de Castr. in cons. 329. vol. 1. Curt. Iun. in cons. 61. nu. 8. & 10. Dec. in consil. 694. Balb. de præscript. 2. p. 5. part. princip. quæst. 6. num. 3. Alex. in l. rescripto, §. fin. ff. de mun. & honor. & ibid. in addit. ad Bart. Paris. cons. 25. n. 77. & 78. vol. 1. And. Gayl. obs. 52. n. 24. & obs. 53. n. 24. lib. 2. Myns. obs. 22. n. 10. cent. 5. Cravett. de antiq. temp. part. 4. sect. materia ista, nu. 33. Anton. Gabr. lib. 6. de jur. immun. conclus. 2. num.* 15. Sed in jure disputari posse, an hujusmodi decretum non sit ambitiosum & proprium commodum respiciēs, imprimis cùm nonnulli velint, si inter magistratum loci & forenses de collectis contentio sit, non ipsum magistratum sed superiorem futurum judicem tradit *Rosent. de feud. c. 5. conclus. 82. num. 3. 4. 5.* ubi tamen subiicit, cum id consuetudine fieri possit, & statuto fieri posse, cùm à pari procedant. Planè hoc intelligi debet de statuto generali non particulari respectu unius caussæ vel personæ, *Curt. Iun. cons. 60. num. 7. Fach. lib. 1. cons. 11. num.* 13. & nisi forenses, qui habent possessiones in loco statuti, sint ab Imperatore specialiter privilegiati, ne alibi quàm in loco domicilii possint collectari, quòd minor non possit privilegium superioris tollere. 46

† Sextus casus est, si prædia, quæ forensis possidet reperiantur descripta in æstimo aut catastro domini istius loci, ubi bona vel prædia sunt sita, *Castrens. in l. scriniarios, num. 4. C. de testam. Bald. in l. etiam, C. de executione rei judic. Paris. cons. 25. num. 94. vol. 1.* We- 47

senbec.cons.27.n.12. Andr.Gayl.obs.52.n.24.lib. 2. quòd exinde præsumantur collectæ ex istis prædiis antiquitus domino loci solutæ.

48 † Septimus casus est, si prædia ista ratione impositionis collectarum sunt tributaria facta domino loci ubi sunt sita, *Bart.in l.libertus, §.sola,ff.ad municip. idem in l.rescripto,§.fi.ff.de muner. & honor. idem in l.cum neque, C. de incolis, & in l. 1. C. de mulier. & in quo loc. Bald.cons.227.vol. 1.idem Bald.in l.2.vers. & ad hoc, C. sine cons.vel reliq. Parpal.in l.placet, in 2.fallent. C.de Sacros.Eccles.Anton.Gabr.com.opin.lib.6.tit.de jure immun. conclus.8.n.12.*

49 † Octavus casus est, si forensis pro istis prædiis in loco domicilii nullas solvit collectas, tunc enim in loco situs ad eas obligatur, *Guid. Pap.q.87.Venaf.in cons.22. Anton.Gabriel.d.conclus.2.nu.12. Myns. cent.5. obs.22.*

50 † Apud hos octo casus, duo veniunt notanda, primum est, si forensis in casu ubi jure collectari potest, recusat solvere collectas ratione possessionum, possunt domini locorum uti jurisdictione sua contra ipsum, & sequestrare fructus & pignorare recusantem solvere, pœnam & mulctas imponere, etiam sub amissione rerum, *l.1.l.2.C.de cap.& distrah.pignor.tribut.caus.libr.* 10. *l.2. C. de exactor.tribut.lib.* 10. *l.fructus, C.de act.empt.Roland.consil.32.num.3.& num.5.vol.1.* quia concessa potestate imponendi, sequitur potestas exigendi, & in consequentiam faciendi omnia alia, quæ ex ipsis sequuntur, *l. illud,ff.de acquir. hared. l.2.ff.de jurisdict.omn.judic.l.missi opinatores, C. de exact. tribut. & in §. coges, Auth. de mand.princ.* Sunt enim bona vice pignorum ipso jure tributis obligata, *l.1. C.in quib. caus.pign. tacitè contrahatur, l. 1.C.si propter public.pens.vend fuer.celebr.Andr.Gayl.lib. 2.obs. 52, nu.* 21. Non tamen potest persona forensis ob denegatam solutionem collectarum apprehendi, vel in carceribus

ceribus detineri, cùm non ſubditus, ſed res eius vel fructus rei detineri poſſunt, *Bald. in l. etiam, n. 15. in fi. C. de execut. rei jud. Caſtr. in l. inter debitorem, ff. de pact. Natt. conſil. 158. num. 4. vol. 1. Anton. Gabr. Rom. libr. 6. tit. de jure immunit. num.* 17. niſi ſtatuto vel conſuetudine inductum ſit, ut forenſis ob denegatam ſolutionem collectarum in perſona detineri poſſit, *Bar. in l. 1. C. de aur. coron. libr. 10. Alexand. in conſil. 68. vol. 2. & conſil. 52. volum. 5. Calder. in conſil. 6. de cenſib.* Diſſentiunt *Innocent. Ioan. Andr. Anton. de Butr. Imol. & Alb. in cap. poſtulaſti, de for. compet.* ubi volunt nec ſtatuto, nec conſuetudine induci poſſe ut forenſis perſona detineri poſſit, prout eos refert *Anton. Gabriel. Roman. libr. 6. titul. de jure immunit. concluſ. 2. num. 19.*

51 † Alterum, quod apud hos octo caſus notandum venit, eſt, neminem bis de eadem re collectas ſuſtinere debere, *Andr. Fach. lib. 1. conſ. 11. num. 10. Cravet. conſil. 6. num* 1. & ideo ſi ex conſuetudine, privilegio, præſcriptione vel ſtatuto forenſis in loco rei ſitæ collectas ratione bonorum ſolvere tenetur, de iis in loco domicilii collectari non poteſt, *Alex. in conſil. 78. per totum. Dec. conſil. 694. num. 10.* Bona enim fides non patitur, ut quis unius rei nomine in pluribus & diverſis locis ſæpius interpelletur & exigatur, *l. bona fides. ff de reg. jur.*

52 † Perſonæ quoque & res Eccleſiaſticæ à ſecularium perſonarum exactionibus ſunt immunes, *Cod. quanquam, de cenſ. libro ſexto*, & pœna excommunicationis ſtatuitur in eos, qui præſumpſerunt eos talibus collectis onerare, *cap. non minus, C. adverſus, de immunit. Eccleſiar. & clement. 1. eodem titul.* Et ſtatuit Imperator Fridericus *in conſtit. de ſtatut. & conſuetudinibus contra libertatem Eccleſiæ editis*, quod nulla communitas vel perſona publica vel privata collectas vel exactiones

An perſonis & rebus Eccleſiaſticis poſſint imponi collecta.

Ecclesijs vel aliis piis locis aut Ecclesiasticis personis imponere, si quis contrà fecerit & ab Ecclesia vel Imperio requisitus emendare contempserit, triplum refundere & nihilominus banno Imperiali subjacere debeat. Excipiuntur aliquot casus.

53 † Primus casus est, si laici non pro suis tantùm necessitatibus volunt gravare clericos seu Ecclesias; sed tractetur de communi utilitate permixtu clericorum & laicorum, tunc enim tenentur clerici simul cum laicis contribuere ad onera, & hæc conclusio quòd, ubi versatur communis utilitas tam Ecclesiæ, quàm laicorum, tunc teneatur Ecclesia pro sua portione onus agnoscere, ab omnibus videtur approbata, *Isern. in c. 1. in verb. illicitas, num. 36. de pac. juram. fir man. & Afflict. ibid. num. 23. Anchor. in cap. non minus, num. 8. de immun. Eccles. idem Anchor. in cons. 96. Paul. de Castr. in l. ad instructionem, C. de Sacros. Eccles. Bart. in l. nullus, C. de condit. in public. lib. 12. Ioan. de Plat. in l. fin. C. de curs. publ. lib. 12. Iason in l. placet, C. de Sacros. Eccles. Abb. in d. c. non minus, Barbat. consil. 1. vol. 3. cons. 29. vol. 4. Angel. de Clav. in summ. in vers. immunitas, §. 42. Rip. in cons. 168. num. 5. Gacher. decis. pedem. 68. n. 10. Purpur. in cons. 50. num. 3. & in cons. 324. num. 5. Cravet. in cons. 392. num. 5. Ægid. Thomat. in tr. de collect. §. non obstant quæ, num. 2. vers. tertiò respondeo. Festas, in tr. de collect. part. 4 in princ. num. 18. Natta cons. 280. & consil. 311. num. 4. Riminald. consil. 2. num. 11. cons. 4 num. 20. Rip. in tit. de remed. ad conserv. libert. num. 233.* ubi dicit opinionem com. *Bellam. cons. 45. Guid. Pap. 78. Bertrand. cons. 53. num. 9. vol. 1. Bursat. num. 24. Molin. cons. 12. Ioan. de amicis cons. 146. num. 4. Capra reg. 96. num. 69. Lancellot: Corrad. in pract. seu tract. de decur. lib. 1. c. 9. Vas. de success. ab intest. libr. 3. limit. 7. num. 180. Francisc. Marc h. decis. 460. num. 26. Villalo. in verb. Ecclesia, num. 2. & 3. Soar. in lit. C. num. 135. Viv. libr. 2. opin. 42. Ioan. Petr. Surd. in cons. 301, & cons. 490.* Per illam regulam, com-

commoda si sentis, jungas onus emolumentis, *l. secundum naturam, ff. de reg. juris.*

54 † Hinc inferunt, quòd Ecclesia & Clerici contribuere debeant, ne solutionem pecuniæ quæ datur hostibus in territorium populentur, *Bart. in l. nullus, C. de condit. in public. horr. lib. 12. Ioan. de Plat. in l. fin. C. de curs. pub. lib. 12. Paul. de Castr. in l. ad instructionem, C. de Sacros. Eccles. Panorm. in c. non minus, de immunit. Eccles. Iason. in l. placet, C. de Sacros. Eccles. Petr. de Anchor. in c. 1. col. penult. de immun. Eccles.* Et ad impensam militum, qui aluntur ad custodiam arcis, in quo Clericus habitat vel possidet bona. *Castrens. in cons. 423. nu. 4. vol. 2.* Et ad refectionem putei communis existentis in vicinia, *specul. in tit. de censib. §. 1. num. 10. Aretin. in l. ad instructionem, C. de Episc. & Cler. Parpal. in l. placet, num. 106. C. de Sacros. Eccles. Ægid. Thomas, de collect. §. non obstant, quæ supra, num. 22.* Item ad reparationem murorum, pontium & viarum, *l. ad instructionem & ibid. Iacob. de Aretin. Iacob. de Raven. Cyn. Azo. Dyn. Oldr. Alber. Bellapert. Castr. de Sacros. Eccles.* Item ad reparationem murorum, *Isern. in cap. 1. illicitas, de pac. jur. firman. Cardin. in c. non minus, num. 9. de immun. Eccles. Salicet. in l. placet, num. 5. C. de Sacros. Eccles. Guid. Pap. q. 78. Riminald. cons. 2. & cons. 4. Purpurat. cons. 324. num. 5. & in cons. 485. num. 1. Menoch. cons. 297. nu. 28.* quod *Bald. in l. ad instructionem, C. de Sacros. Eccles. & in tr. super pac. Constant.* intelligit, si reparatio ista fiat propter necessitatem non ad ornatum, *& Parpal. in l. placet, num. 111. C. de Sacros. Eccles.* limitat, quando exactio nihil continet ultra id, quod est omnino necessarium pro refectione, item; quod teneantur Ecclesiæ & Clerici pro modo prædiorum ad extruẽdos aggeres & effodiendas cavas fossas, seu quibus aqua à prædiis divertatur & deducatur & agri ab inundationibus defendantur, vel viæ & pontes conserventur, tradit *Ioan. Petr. Surd. in cons. 490.* ubi dicit hanc

esse communem opinionem, & quamvis dixerit *Panormit. in cap. non minus, de immun. eccles.* Clericos teneri solùm in subsidium, quando laicorum opes deficiunt, tamen istud dictum Panormitani non esse curandum.

15 † Secundus casus est, si statutum sit ut omnia bona immobilia in territorio sita sint oneribus & collectis præsentibus & futuris supposita & obnoxia, tunc ea bona, tanquam hypothecata & affecta oneribus transeunt ad Ecclesiam & Ecclesiasticas personas cum suo onere, *Bart. in l. rescripto, §. fin. ff. ad municip. Angel. cons. 24. Calder. cons. 2. in princ. & sub n. 4. de censib. & cons. 7. de constit.* loquens in statuto, quòd omnes possessiones debeant solvere collectas & quòd non possint alienari in personas non subjectas solutioni collectarum, *Anchor. consil. 303. & cons. 217. Barbat. consil. 1. volum. 3. Marcabrun. consil. 40. num. 53. Martin. de Laude consil. ult. num. 13. in princ.* ubi dicit, statuta hujusmodi servari in Ducatu Mediolani, *Bero. cons. 150. sub num. 19. vol. 3. Bursat. consil. 42. num. 7.* ubi concludit, valere statutum seu decretum Ducis Mantuæ Anno 1540. editum, quod immobilia possint in Ecclesiam vel Ecclesiasticas personas transferri cum pacto tamen, quòd omnia onera habeat, quæ antea possidentes habebant, *Natt. cons. 515. n. 8. & cons. 280. num. 3. in fin. vers. non obstat dum dicitur & non seq.* ubi concludit, valere statutum prohibens alienationē in Ecclesiā vel Clericos sub certo modo & forma, & quòd in acquirendis bonis valeat statutum in præjudicium Ecclesiæ & Clericorum post *Feder. de Sen. Bald. Anchor. Roman. Lap. Abbat. & Barbat. concludit Decius in cap. Ecclesia Sancta Maria num. 74. & seq.* facit communis doctrina, quòd argumentum à pacto ad statutum affirmativè valeat, puta, pacto hoc fieri potest, ergò quoque statuto, lege vel consuetudine, cùm major sit potestas legis, quàm homi-

hominis, qui legi subest, *l. fin. & ibidem Bart. num. 1. C. de fidejuss. gloss. in l. non solum, §. fin. in verb. haredis, ff. de nov. oper. nunciat. gloss. ad rubric. C. de decret. decurion. lib. 10. Dec. in l. nec ex pratorio, num. 9. ff. de regul. jur. Ias. in l. non possibile, num. 1. ff. de pact. Marant. part. 4. distinct. 16. num. 64. & 69. Boër. decis. 107. numero quarto, & decis. 204. num. 9. Nicol. Ever. in locis legalibus in loco à pacto legem statutum vel consuetudinem Andr. Gayl. libr. 2. observ. 78. num. 3.* facit etiam doctrina *Ioan. Andr. in c. sine culpa, de regul. jur. in 6. in mercurialibus*, ubi dicit, si statutum laico aliquod vinculum adjecisset & is postea ad clericales ordines eveheretur, quòd cum illo vinculo Clericus efficeretur, fortiùs autem affici potest res quàm persona, *Socin. in consil. 12. volum. 4.* Dissentiunt *Bald. in l. placet, num. 4. C. de Sacros. Eccles. idem Bald. in cons. 280. & consil. 246. idem Bald. in auth. nulla communitas. num. 4. C. de Episcop. & Cleric. Roman. in l. si publicanus, §. 1. ff. de public. Cardin. in c. perpendimus num. 13. de vit. & honest. Cleric. Ruin. consil. 117. num. 3. vol. 4.* ubi testatur de communi, *Sylv. cons. 9. num. 29. & cons. 32. num. 11. Riminald. Iun. consil. 25 sub num. 23.* quòd per hoc statutum lædatur immunitas Ecclesiæ, & quòd directò per statutum non possit ordinari quod Ecclesia & Clerici teneantur ad solutionem onerum ex defectu potestatis, ergò nec etiam per indirectum id fieri possit.

† Tertius casus est; si sit consuetudo collectandi etiam bona Ecclesiarum & Clericorum, *Alex. consil. 101. num. 11. vol. 1. Sylvan. cons. 9. num. 9. in 7. fundamento, Ioan. de Amic. cons. 8. num. 9. Ruin. cons. 111. num. 10. vers. est in casu verum vol. 5. Marchabrun. in cons. 40. nu. 120. & n. 157. Natt. cons. 501.* & consuetudinem esse attendendam tanquam reginam in onerũ distributione probat *Bellon. cons. 12. num. 12. in fin. & senat. Pedemon. decis. 83.* facit quod 40. annor. præscriptione acquiratur res Ecclesiastica: Item quod pacto hoc fieri potest,

56

potest, pactum autem & statutum & consuetudo æquiparantur, *ut suprà dictum est*, Diss. *Ruin. consil. 117. in fin. vol. 4. Bald. in quodam suo consilio post decis. Pedemont. 69. n. 39. Rimin. iun. cons. 25. n. 25.*

57 † Quartus casus est, quando bona sunt affecta pacta expresso vel tacito, ut quia in conficiendo æstimo cives & incolæ convenerunt pro se & suis successoribus, ut ista bona pro onere collectarum præsentium & futurarum, quotiescunque collectæ imponantur, sint obligata, isto enim casu descendunt bona sic affecta ad Ecclesias & Clericos cum suo onere. *Bald. in consil. 280. versic. nec obstat Auth. ita nulla communitas in 2. part. Anchor. cons. 363. Bellon. cons. 40. num. 5. vers. si fortè hæc prædia erant conventionata cum communitate.*

58 † Quintus casus est, si legatum Ecclesiæ fuerit relictum cum conditione, quod ipsa Ecclesia pro re sibi relicta teneatur ad onera pro tempore occurrentia, *Anchor. cons. 213. & Bellon. d. cons. 40.*

59 † Sextus casus est, ubi collecta esset imposita pro certo tempore, antequam bona ad Ecclesiam vel Ecclesiasticam personam transirent; tunc enim pro eo tempore Ecclesia tenetur ad onus hujusmodi impositum secundùm *Felinum & Purpuratum*, quos refert & sequitur *Bellon. ubi suprà, n. 4. in fin. Barbat. cons. 1. vol. 3.* Sed hunc casum sibi visum esse dubitabilem, quia mutatâ personâ mutatur & conditio rei. *Bart. cons. 180. dicit* Petr. *Anton. de Petr. in tr. de potest. prin. c. 4. part. de validitate statuti, n. 29.*

60 † Septimus casus est, quando Ecclesia vel personæ Ecclesiasticæ consenserunt statuto vel ordini desuper facto, *Festas. de æstim. & collect. in 4. part. c. 1. num. 46. Alex. cons. 101. num. 10. Ruin. cons. 219. num. 9. vol. 1.* Et si Ecclesia assumpsit in se onus impositum suo autori, idem dicendum est. *Festas. de æstim. & collect. in 4. part. cap. 2. num. 31. Castrens. in l. si negotium, in fin. C. de negot.*

negoc.gest. & in l. 2. num. 3. in fin. C. sine cens. vel reliquis, Riminald. consil. 25. numero 21. Natta consil. 280. in princip.

61 † Octavus casus videtur esse, si bona æstimata & allibrata seu asscripta & appreciata in libro communitatis deveniant ad Clericum vel Ecclesiam, & hanc opinionem videtur tenuisse *Luc. de Penn. in l. fin. C. de exact. tribut. lib. 10.* & secundùm hanc opinionem consuluit *Angel. in cons. 244. incip. inter ordinamenta.* Daß die Güter so zuvor Weltliche Personen gehabt/vnd in andern Stewern zuvor jederzeit sind mit angeschlagen gewesen/nun auch von den Geistlichen/so sie bekommen/verstewert werden müssen/ sed contrarium, quòd nimirùm Clerici & Ecclesia hoc in casu non teneantur SOLVERE COLLECTAS tradunt *Specul. in tit. de cleric. conjugat. vers. hujus articuli evidentiam, &c.* ubi loquitur de bonis quæ ex successione patris vel alieni laici pervenerunt ad clericum, *Archidiacon. Ioan. Andr. Dominic. & Philipp. Fran. in c. 1. de immunit. Eccles. Bald. in cons. 180. Bald. in tit. de pac. Constant. §. Imperialis Clementiæ, verb. Munitiones civitatis, vers. quid de collectis,* ubi dicit, quòd onera certa afficiunt rem ita ut cum eo gravamine transeant in quemcunque possessorem, sed ubi determinata non sunt, si perveniunt, ad personam durat privilegiatam onus, non quia incertæ obligationi hypotheca accedere non possit, *Abb. in c. fin. num. 12. de vit. & honest. cleric.* Et hanc sententiam communem esse dicit *Remig. de Gomiis in tract. suo de charitativo subsidio q. 24.* Collectæ enim sunt munus extraordinarium & à muneribus extraordinariis immunes sunt Ecclesiæ & Ecclesiasticæ personæ, etiam secundùm leges Cæsareas, *l. placet, C. de Sacros. Eccles. ubi Alciat. Ias. & Parpal.* expresè inferunt ad collectas, & hanc sententiam tenuit *Panorm. in c. non minus, de immunit. Eccles.* & registratio non obligat rem sed perso-

nam

nam registrantem, & onus concernit personam non rem *ita in c. 1. de immunit. eccles. in 6.* & ubi prædia registrata transeunt ad personam, quæ non est obligata ad collectas mutant naturam & onus solvendi collectam, quæ personæ imponitur pro rebus; non sequitur possessorem privilegiatum, *Ioan. Petr. Surd. cons. 262. n. 31.* & intelligendum est *c. tributum*, *23. q. 8. & l. fin. C. de exact. tribut.* de certo & perpetuo censu vel tributo, quod inhæret istis bonis. Nonus est casus, si Clerici in fraudem collectarum facerent bona in se transferri, *l. Sacrosancta, & l. qui sub prætextu, C. de Sacros. Eccles. & l. de his Clericis, C. de Episc. & Cleric. Bar. consil. 180.*

62 † Apud hos novem casus animadvertendum est, si Ecclesia & Clerici in casu ubi jure collectari possunt, recusant solvere collectas ratione bonorum; non possunt per secularem magistratum ad solvendum cogi, sed debent per Episcopum cogi ad contribuendum, *Bald. in consil. 246. in 3. part. Marchabrun. consil. 40. num. 143. Abb. in cap. non minus, de immunit. Eccles. Alban. consil. 8. num. 3. Natt. consil. 280. Barbat. consil. 42. num. 3.* quod verum est, nisi Episcopus esset negligens in cogendo Clericos ad contribuendum; tunc enim possunt domini laicorum uti sua jurisdictione adversus ipsos, capiendo fructus vel rem pignorando, *Cacher. decis. 68.* ubi dicit, quòd judex secularis instante necessitate & Clero tardante fructus capere possit & ita procerum conventum Pedemontanum decidisse, *Petr. Anton. de Petr. tractat. de potest. princ. cap. 4. part. de validitate statut. post num. 34. versic. nisi in casu negligentiæ superiorum Ecclesiasticorum & post numer. 39. versic.* Et constat, quod in quibus de jure Ecclesiæ & Ecclesiasticæ personæ tenentur contribuere, si Episcopus esset negligens in cogendo, *Boër. decis. 246. numero quarto, versic. quicquid sit.*

† Vel

† Vel nisi esset onus merè reale, respectu enim oherum realium non est recurrendum ad Ecclesiasticum judicem, sed laicus judex coget rem ipsam per occupationem possessionum vel cogendo colonos ut vendant de fructibus; nec esse ambigendum isto casu de aliquibus censuris, quia hoc faciet autoritate juris, inquit *Bal. in Authent. sed & periculum, num. 2. C. sine censu, vel reliq. & Festas. de collect. in 4. part. cap. 1. num. 46. & ca. 2. num. 31. Natta consil. 515. Marchabrun. consil. 40. num. 25.* quia Clerici pro censibus & vectigalibus rerum suarum & pro rebus patrimonialibus ipsorum possunt conveniri coram judicibus secularibus ut inquit *Matthesilan. singul.* 110. Idem juris est, si prædia sunt obligata pro suis oneribus *Iason. consil. 83. vol. 3. Marchabrun. consil. 40. nerò* 141. Dissentire videtur *Ioan. Petr. Surd. consil. 490. numero decimo*, dum dicit, in nullo casu per laicum clericos cogi posse. 65

† Est etiam diligenter notandum, etsi bona Ecclesiæ non possint collectari neque oneribus gravari, tamen emphyteuta Ecclesię potest collectari pro utili domino & pro fructibus quos percipit ex re emphyteutica, ut voluit *Isern. in cap. 1. vers. & plaustrorum, tit. quæ sint regal. Bald. in l. placet, num. 26. versic. sed quid emphiteuta, Alexand. in consil. 101. num. 17. vol. 1.* quia secundùm eum res sumit conditionem à persona, non contrà, & subdit, quod ita solitum est de consuetudine servari, *Idem Alexand. ad Bart. in l. privata, C. de excusat. mun. lib.* 10. ubi Bartol. quoque dicit, ita servari Perusii, *Iason. in l. 1. num. 31. C. de jur. emphyteut. Brun. de statut. exclus. fœm. in 8. art. princ. num. 106. & seq.* ubi latè disserit, resolvens, quod si solvit modicam pensionem tenetur ad collectas & conciliat contrariam *Bartoli* sententiam *in d. l. privata*, ut intelligatur, quando solvit pensionē correspondentem fructibus, tunc enim non tenetur: & omni casu, 64

vult,

vult, quod in æstimando valorem rei, deducatur onus, quod ab emphyteuta solvitur. Idem voluit *Purpurat.consf.* 337.*num.* 2. ubi tamen dicit, minoris æstimari rem emphyteuticam propter onus canonis *Roland.consf.* 66.*num.* 34. *vol.* 1. *Menoch.de arbitr.consf.* 180. *num.* 9. *Festaf.in tr.de collect.p.* 4. *cap.* 2. *num.* 43. *in* 10. *limit.* ubi dicit, quòd hodie de consuetudine emphyteutæ Ecclesiæ compelluntur ad collectarum solutionem & quòd hæc pars est verior, quicquid tenuerit *Parpal.in l.placet*, *num.* 73. *C.de Sacrosf.Ecclesf.* quicquid etiam dicat, *Ægid.de Thomat. in tr. de collect. in* §. *incip.pauperes an aliquibus*, *num.* 29. ubi videtur contrarium determinare non solùm in emphyteuta Ecclesiæ sed etiam in privato. Et veram esse opinionem, quòd emphyteuta Ecclesiæ collectatur pro re emphyteutica, deducto onere, quia res judicatur propria eius, penes quem reperitur, non autem habetur pro re Ecclesiæ, tradit *Ioan.Petr. Surd.consf.* 338. *post num.* 14. facit pro hac opinione *Alban.in consf.* 28. *num.* 6. ubi inquit, dominium utile esse emphyteutæ & subjacere jurisdictioni laicorum, adeò, ut in eo possit satisfieri creditoribus, *Anchoran.in consf.* 125. *num.* 2. *versic.tertiò principaliter*, *& num.* 5. *versf.secundò principaliter & num.* 6. *versf.Ex istis infero, ibi, patet etiam quod utile*, ubi dicit, talia bona dici verè & propriè patrimonialia illius, qui de eis est investitus, & utile dominium, licèt cohæreat rei Ecclesiasticæ, non tamen dici posse Ecclesiasticum, & infert quod statutum dans formam successioni includat etiam talia bona, *Idem Anchor.in consf.* 433.*num.* 3. ubi vult statutum excludens filiam dotatam à successione, locum habere etiam in bonis emphyteuticis Ecclesiæ, quia licèt bona Ecclesiæ non ligentur statuto laicorum, tamen hoc esse verum, quando agitur de præjudicio ipsius Ecclesiæ, sed quando statutum afficit solùm jus pertinens ad laicum, ut est utile dominium,

tunc

tunc res quoque Ecclesiæ ligari. † Coloni etiam partiarii & conductores bonorum Ecclesiæ tenentur solvere collectas pro sua colonica portione & ita pro fructibus quos percipiunt ex bonis Ecclesiasticis *gloss. in clem. præsente de censibus*, ubi eum sequuntur *Imol. & alii, Archid. Ioan. Andr. Gemin. Franch. & alii in c. quanquam de censib. in 6. Ioan. And ad speculat. in tit. de immun. Eccles. in fin. Feder. Sen. in consil.* 111. multos alios congerit, *Ripa in cons.* 68. *num.* 17. *in fin.* ubi respondet Bartolum *in d. l. privata*, intelligi de onerib. quæ colono indicuntur pro parte dominica vel pro se, secus autem esse, quando imponuntur pro fructibus ad colonum, allegat quoque *Barbat. & Curt. Senior. Brun. de art.* 8. *numer.* 109. *Purpurat. consil.* 332. *num.* 4. *Ripa de rem. ad conserv. ubert. num.* 127. *Menoch. de arbitr. cons.* 180. *num.* 9. & citat *Bursat. in cons.* 42. *nu.* 14. *Anchoranum, Abbatem, Ioannem de Amicis, Capram, Parpaliam, Festasium, Bossium, Nattam, & Menochium*, idem tenet *Ioan. Marin. Rimin. cons.* 740. *num.* 12. *in* 4. *vol. Ioan. Petr. Surd. cons.* 338. *post n.* 14. & *consil.* 301. *num.* 89.

56

† Etiam domini locorum non tenentur ad collectas pro bonis suis, *Brun. in consil.* 91. & *cons.* 103. ubi dicit, procedere etiam quando bona nunc à dominis possessa forent aliâs registrata, *Guid. Pap. in q.* 384. *Brun. inter cons. Purpur. cons.* 336. *Sylvan. in cons.* 61. *num.* 25. *Corn. in cons.* 194. *vol.* 4. *Christop. Nicell. in tr. de mun. chart.* 15. *vers. an autem nobiles, Bertr. in cons.* 207. *num.* 2. *vol.* 1. ubi idem dicit in bonis, quæ cum priùs essent dominorum castri, fuerunt ab eis vendita & deinde iterum de novo quæsita, quod voluit etiam *Brun. in d. cons.* 91. & *Sylvan. cons.* 61. *num.* 30. & hanc sententiam, quòd domini locorum non teneantur ad collectas comprobat multis *Beccius consil.* 73. Et quòd dominus castri non teneatur ad onera imposita communitati subjectæ, tradunt *Alciat. in consil.*

67 *An domini locorum sint immunes.*

61.*&* *Natt.conf.* 555. & non dubitandum esse, quin hæc pars sit tenenda adversus *Purpur. Ægid. Thomat. Rip. & Cravett.* & fundamentalem esse rationem, quia communitas non potest ponere collectam nisi iis, qui sunt subditi, tradit *Petr. Surd. conf.* 234.*nu.* 25. Et consuetudo collectandi non subditos non extẽditur ad dominos in quibus concurrit qualitas fortior *Bald.conf.*257.*vol.*2.*Natt.conf.* 555.*nu.*8.*Becc.conf.* 73.*n.*16.*verf.superiora facilius*, solus superior imponit collectas inferiori, *l rescripto*, §.*fin.ff.de mun. & honor. Corn.in conf* 333.*n.*5. *vol.* 1. Inferior non potest exercere jurisdictionem in superiorem, *c. cum inferior, de major.& obed.* & quòd universitas non possit collectare dominum loci, probat *Corn.in conf.*194.*n.* 10.*vol.*4. ubi dicit, quòd deficiente potentia imponendi deficiat fundamentum *Guid.Pap.in q.*385.quos citat & sequitur *Nat.in conf.*555.*n.*10.fortius dicit, quòd per eandem rationem rector & officialis loci nõ teneatur ad munera extraordinaria, quæ imponũtur, personæ pro rebus, allegat *Bart.in l.*1.*C. de immunit.nam conced. Alber.in rubr.ff.de mun.& honor. Nicol.de Neapol. Luc.de Penn.& Ioan.de Plat.* eandem quoq; conclusionem confirmat *Festaf.in tr.de collect.* 4.*p.c.*3.*nu.*16.ubi etsi *n.*17.contrarium teneat, quando prædia extant in æstimo, nimirum, quòd transeant tunc in possessorem cum suo onere, tamen loquitur in onere reali & annexo rei, sed aliud vult, quando agimus de onere personali vel mixto, pro quo prædia quantumvis allibrata non dicuntur obnoxia.† Nobiles à collectis non sunt immunes, *l.rescripto*, §.*fin.& ibi gl. verb. incolis, l.munerum*, §.*patrimoniorum & ibi Bart.n.*3.*l.qui originem*, §.*cæteri, ff. de muner. & honor. Alberic.de Rosate in rubr.de muner.& honor.nu.*17.*Iacob.de S. Georg.de homag.n.*60.*Tiraq.in tr.de nobil.c.* 20.*nu.*159.*Maurit.in l.unic.C.de mulier.& in quo loc.lib.* 12.*verf.cum tantum.* qui tamen excipit nobiles principum aulas sectantes,

67 *An nobiles sint à collectis immunes.*

tes, quos immunes à collectis pronunciat, sed nihil aliud pro hac sententia adducit, quàm *l. omnium, C. de testam.* quæ lex licet præsumat Principes non esse sine nobilibus, tamen ob hoc nullum dat privilegiũ nobilitatis, unde cum text. *in d. §. patrimoniorum*, ab his munerib. nec primipilarem, nec veteranum, nec militem, nec quemquam alium privilegio aliquo subnixum, immunem esse dicat, etiam nec nobiles in aulis Principum versantes ab hujusmodi collectis se excusare poterunt, *Symphor. supplicat. Cam. Imper. tom. 4. part. 1. volum. 30 numero 83.* Siquidem ad publicas functiones omnes teneantur, qui non inveniuntur immunes, *l. omnes, C. sine censu vel reliq. quam allegat Luc. de Penn. l. fin. col. 3. Cod. de fund. limitroph. libro duodecimo.*

68 † Hæc autem declarantur ut procedant saltem in bonis, de quibus nulla servitia præstantur, secus autem in iis feudis, quæ ad personalem præstationem domino sunt obstricta, *Luc. de Penn. d. l. fin.* ubi dicit, quòd feudatarii regni non cogantur tribuere, quando servitia præstant, sed de bonis aliis eorum, pro quibus servitia præstant, hanc adducens rationem, quod non duplici onere debeant gravari *arg. l. navis onustæ, §. cum autem, ff. ad l. Rhodi. de jact.* Idem tenent *Andr. de Isern. Alvarot. Præposit. Matth. de Afflict. cap. 1. verb. plaustrorum, quæ sint regal.* ex regula, *l. eum qui, de jureiur.* quòd is, qui gravatur in uno, debeat relevari in alio. Eandem sententiam tenet *Iacob. de S. Georg. in tr. de homag. num. 63. Tiraq. de nobil. cap. 20. num. 165. cum seq. Brun. in consil. 103. n. 2. vers. & iste est casus noster, Purpur. cons. 467. n. 8. Nat. in cons. 460. n. 16. Cravett. in cons. 627. Rolan. in cons. 82. n. 49. Sylvan. cons. 28. n. 13. cons. 60. n. 9. Alciat. in cons. 61. in fin. inter cons. Sylvani.* Et licet *Maur. in suprà citat. loc.* existimet hanc rationem satis levẽ & jejunã esse, tamen nec ipse ab hac sententia discedit, sed hoc poti⁹

H 2 ideo

ideo ſtatutum exiſtimat, ne natura bonorum feudalium alteretur, quæ jure ad perſonalis operæ prçſtationem ſunt deſtinata, tamen ſe tandem remittit ad loci conſuetudinem.

Et conſuetudinem exiſtimat *Iacob. de S. Georg. in d. tr. ſuo de homag. colum. fin.* tribuere privilegium iis, qui antea non ſunt ſoliti ſolvere collectas, eandem cenſet obſervandam, *& Tiraq. in loco paulò ante allegato, num. 168*. Ex iis liquet quòd nobiles etiam pro bonis quæ à plebeiis recenter acquiſiverunt teneantur cõtribuere. Daß die vom Adel von denen Gütern welche ſie in wenig Jahren von Bawren an ſich gebracht/vnd zu den Lehengütern gebraucht/ vnnd darvon ſie dem Landsherrn keine ſonderliche Ritterdienſt leyſten / ſo wol als von den andern die ſie nicht verdienen dörffen/gemeine Stewer vnd Anlag zu erlegen ſchuldig/ ceſſante enim cauſa privilegii, quæ in ſervitiorum præſtatione conſiſtit, ceſſat & ipſum privilegium, *l. Athleta, §. 1. ibi, quoad in præſidatu ſunt, l. geometra, ibi, donec curam gerunt, ff. de excuſa. tutor.* Nec repugnat, quòd à *Tiraq. in tr. de nobil. c. 20. num. 168. ex Guidone Pap. deciſ.* 583. adducitur, quòd nimirum abſque delectu bonorum allodialium vel collectis immunes ſint, in quam ſententiam inclinare videtur *Thom. Parpal. in l. placet, num. 25. C. de Sacroſ. Eccleſ. allegat Bart. in l. Paulus in fin. de acquir. hered.* ubi dicit, quòd mutatione perſonæ mutetur privilegium & conditio rei, quia hoc ex illo opinionis errore provenit, quòd *Guid. Pap.* nobiles non bonorum ſed ipſius nobilitatis gratia contra leges & rationes ſuprà adductas à collectis putaverit libros, ſic quoq; *Parpali.* fundamentum concidit, perſonæ enim nobilium non ita ſunt privilegiatæ, ſicut Eccleſiæ, à quibus arguit *Parpal.* Sed privilegium propter quod nobiles de feudalibus bonis collectas non perſolvunt, ſervitiorum non perſonarum conſideratione

ipſis

ipsis competit, hinc est; quòd etiam ignobiles de bonis feudalibus pro quibus domino territorii serviunt, non præstant collectas, *Tiraquel. d. loco num.* 170.

69 *Quibus modis acquiratur immunitas à collectis.*

† Acquiritur immunitas à collectis consuetudine præscriptione & concessione. Consuetudine immunitatem posse acquiri non est dubium, nam potest acquiri privilegio superioris, *l. 1. ff. de jur. immunit. Bart. in l. vacuatis, C. de decurion. lib.* 10. Consuetudo autem est paris potentiæ cum privilegio, *l. hoc jure, §. aqua ductus, ff. de aqua quot. & ast. c. super quibusdam, §. praterea, de V. S. c. cum contingat, de for. compot.* & in terminis quòd consuetudo possit tradere immunitatem & liberationem ab omnibus onerib. etiam impositis occasione bellorum est, *text. in l. 1. C. de exaction. & translation. milit. annon. libr.* 12. & ita tenent *Crott. in consil. 64. num. 3. Natt. in consil.* 431. hinc si viget antiqua consuetudo in aliquo loco, quòd bona quæ acquiruntur per dominos sint immunia ab onerum & collectarum solutione & de ista consuetudine constar, domini sunt immunes, *Ioan. Petr. Surd. consil. 262. num. 18. & 19.* Immunitatem à collectis acquiri etiam posse præscriptione certum est, *l. 1. C. de erog. milit. anno. lib. 12. C. de quarta, extr. de præscript. l. fin. C. de fund. patrim. lib. 11. gloss. in clem. 1. in vers. legitima, de censib. in l. in fraudem, in vers. sortiri, C. de annon. & tribut. lib. 10. l. si publicanus, in vers. municipum, ff. de publican. Abb. in cons. 94. vol. 1. Castrens. in consil. 313. col. 1. vol. 1. Natt. in cons. 406. num. 4. Cravett. in cons. 111. nu. 3. Menoch. in consil. 75. num. 6.* quin etiam potest præscribi immunitas ab oneribus bellicis *glos. in l. 2. ver. nullius, C. de exact. & translat. milit. annon. lib. 12. ubi, Ioan. de Plat.* dicit, quòd ab oneribus belli nemo excusatur, etiam Ecclesia & domus Augusta, nisi adsit consuetudo. *Crot. in consil. 64. num. 3. Ioan. Petr. Surd. in consil. 234. numer. 15. & 262. numero decimo octavo,*

 & consil.

& consil. 525. *numero octavo*. *Natta consil.* 431. *in princip.*

70 † Ad immunitatis præscriptionem, necessaria sunt tria. Primum est tempus legitimum, quod aliqui volunt esse tempus immemoriale, *per l. hoc jure, §. aqua ductus, ff. de aqua quotid. & æstiv. c. super quibusdam, §. præterea, ibi Panormit. de V. S.* nisi probetur titulus validus vel invalidus, *Balb. in tr. de præscript. in 7. quæst. 1. part. 5. part. princip. num.* 4. quem sequitur *Ripa in consil.* 26. *num.* 24. *Roland. in consilio* 5. *numero* 62. *volum.* 1.

ALII verò volunt sufficere tempus 40. annorum, *per l. jubemus, C. de fund. patrimon. libro undecimo*, *Bart. consil.* 59. *incip. commune spoletum*, ubi dicit, quòd ei onus non potest imponi, qui per 40. annos nihil solvit, *Bald. consil.* 257. *volum.* 2. *Roman. in consil.* 275. *colum. penult. Corn. consil.* 162. *volum.* 3. *Iacob. de S. Georg. Petr. Antibold. &* Paris. quos citat & sequitur *Roland. in consil.* 5. *nu.* 58. *vol.* 1. *Cravett, in consil.* 111. *num.* 12, ubi allegat *Bald. & alios, Alciat. in consil.* 214. *numer.* 5. *Bellon. in consil.* 39. *numero quarto*, *Ripa in consil.* 172. *numero quinto, Sylvan. in consil.* 83. *numero* 10. *Natta in consil.* 446. *nu.* 23. *Festas. de collect. part.* 4. *c.* 4. *quæst.* 7. *nu.* 1. *Symphor. supplicat. Camer. Imper. tom.* 4. *part.* 1. *volum.* 30. *num.* 210. *& num.* 216. ubi dicitur non obstare, *cap. super quibusdam*, 26. *§. præterea, de V. S.* quod hîc non agatur de acquisitione juris collectandi, sed de libertatis præscriptione, & distinctionem *Balbi*, quod non existente titulo requiratur tempus immemoriale improbat *Natta in consil.* 431. *num.* 27. & non esse veram dicit *Petr. Surd. consil.* 234. *num.* 36. habetur enim pro indubitato quòd præscribi possit libertas non solvendi, per *text. in c. de quarta, de præscrip. gloss. in clement.* 1. *in ver. legitima. de censib. in l. in fraudem in versic. sortiri, C. de annon. & tribut. libro decimo*, *Natta in consil.* 466. *num.* 4. *Cravett. in consil.* 111. *numero* 3.

Menoch.

Menoch.in consil.75.numer.6.& seq. Et quòd in genere præscribi possit libertas non solvendi onera solo spatio 40.annorum contra ipsa etiam regalia, veluti contra jus percipiendi vectigal, Pædagium, Portorium & id genus alia, tenent *Bart. Angel. Paul.de Castrens.& alii in l.licitatio,§ earum,ff.de public.& vectigal. Didac.Covarr.in cap.possessor.part.2.§.2.num.8.de regul. jur.in Balb.in tr.prescript.secunda parte quinta principalis,quæstion.5.Ferrar.Montan.de feud. libro quinto, cap. 7.§.igitur regalia*, ubi præter alias auctoritates citat & textum *in l.quibus diebus,ff.de condition. & demonstr.* Eandem sententiam consulendo sequuntur, *Bald.in consil.112.de generali,colum.fin.in 4,puncto libro secundo. Philipp.Corne.in consil.42.colum.1. libro secundo, & consil.22.colum.5.libro tertio, Carol.Ruin.in consil.217.numero octavo, & consil.219.num.9.versic.præterea ex quo libro primo, Paul.Paris.consil.69 num.7.libr.1. Menoch. in consil.221.num.19.Alexand.in consil.16.numero sexto, versic.tertiò consideratur lib.5.Cravett.consil.111.num.* 12. Doctores & Professores facultat. Iurid. in Academ.Marpurgensi *consil.9.num.28.volum.*1.& quòd si quis longissimo tempore onera non solvit, præsumatur ex aliqua legitima causa exemptus dicit *Abb. in cons.94.nu 1.vol.1.Ioan. de Ligna. in c.accedens de prescript.Cravett.in cons.111.n.10.*

71 † Alterum est requisitum, quasi possessio, quam aliqui in eo consistere dicunt, ut nimirum præscriptionem INTERPELLATUS recusaverit SOLVERE *Alexand.in consil.136.volum.2.* Et hanc opinionem se arbitrari in jure veriorem dicit *Rosent.cap.5.conclusion.84.in lit.Cod. & cap.6.conclus.82.numero vigesimo quarto.* ALII verò ad istam quasi possessionem satis esse volunt, quod cæteris omnibus solventibus is, qui præscriptionem obiicit, non solverit per 40. annos, non necessariò requiri interpellationem & requisitionem *Cravett.in cons.111.*

 & in

& in tract. de antiquitat. tempor. part. 4. cap. cum prædicta, num. 36. 38. Et hanc opinionem veriorem & communiorem videri, traditur *in Symphor. Supplicat. Camer. Imper. tom. 4 part. 1. voto 30. num. 234. post num. 33. versic. alia verò requisita.* quod dixit *Alexander* de interpellatione esse falsum & qui ab eo citantur *Doctores* loqui in actibus merè voluntariis, in quibus non acquiritur possessio, nisi quando interpellatus quis recusat, verùm in collectis sufficere, quòd fuerint aliquando impositæ collectæ & à multis exactæ quòd si tunc aliqui non solvant, constitui illos in quasi possessione libertatis. idem tradit *Ioan. Petr. Surd. cons. 525. n. 10.* ubi allegat *Balb. Grammat. Rub. Natt. Festas. Cephal. & Roland.*

72 † Tertium est bona fides. Hæc bona fides præsumitur ex solo cursu temporis immemorialis & in eo conveniunt omnes, ut tradit *Iacob. Menoch. de arbitr. jud. libr. 2. consil. 43. num. 1. & 2.* Similiter præsumitur ex solo cursu 30. vel 40 annorum, *Bart. in l. ult. num. 17. C. unde vi. Dec. in consil. 267. Idem Dec. in consil. 558. in fin. & cons. 266. Alex. cons. 6. colum. 1 lib. 1. Idem Alex. cons. 82. colum. 151. num. 6. libr. 2. Curt. Sen. in consil. 82. colum. 3. Matth. de Afflict. decis. 40. num. 12. Ias. in §. ista, num. 10. de action. Idem Ias. in consil. 57. col. ult. & consil. 72. colum. 2. lib. 1. Curt. Iun. in cons. 52. num. 11. Anton. Rub. cons. 75. num. 3.* & est communis opinio *Francisc. Balb. in l. celsus, ff. de usucap. num. 106. 107.* & communem opinionem & in praxi tutiorem esse videri tradit *Didac. Covar. in c. possessor. 2. part. §. 8. num. 3. & 4. de reg. jur. in 6.* & communem dicit *Iacob. Menoch. de arbit. jud. libr. 2. casu 43 num. 3. Idem Menoch. in tr. de recuper. possess. in 13. remed. num. 70.* ait, durum esse à receptissima *Bartoli* sententia recedere, ubi præter suprà adductos allegat *Cravett. de antiquit. tempor. 4. part. princip. num. 20. Ruin. consil. 156. num. 10. lib. 1. cons. 34. num. 10. lib. 2. cons. 27. num. 27. lib. 3. cons. 13. num. 4. cons. 44. num. 17.*

n.17.conſ.118.n.4.lib.4. Soc. Iun. conſ.115.n. 30.lib.2. Roland.à Vall.conſ. 3.n.93.Ripa in c.ſæpe n.66.67.de reſtit.ſpol.& in c.cum Eccleſia Sutrina,n.99.de cauſ.poſſeſ.& propr.Bertran.conſ.429.n.7.lib. 4.Pariſ.in c.ſi diligenti,n. 24.de præſcr.Molin.conſ.20.n.4. Et quòd in incorporalibus bona fides præſumatur, ſi de libertate præſcribenda agatur,communem teſtatur, *Pariſ.in d.c.ſi diligenti.de præſcription.num.24.in fin.Menoch.ubi ſuprà nu. 72.* & in terminis,quòd ad præſcribendam immunitatem ex curſu longiſſimi temporis bona fides præſumatur, tradit *Ioan.Petr.Surd.conſ.234.num.* 31.ubi *nu.* 32. dicit ceſſare etiam malam fidem ex eo, quòd præſcribens vel autores ipſius nunquam fuerunt interpellati ad ſolvendum, nam & eum qui verè debet præſcribere & non dici in mala fide, ſi non fuit interpellatus,quia poteſt credere, quòd creditor velit remittere vel maiorem gratiam facere differendo, *Hoſtienſ.in ſumma,de præſcript.§ quæ res col.1.Abb.in c.ſi. 18 de præſcript. in c. quod Clericus num. 43. de for.compet. Dec.conſ.554. colum. 1. Caccialup. in l.omnes populi.ff.de iuſtit.& jur.Rip.conſ.169.n.5. Tiraquell. qui multos citat in l.ſi unquam,in verſ.revertatur,n.C.390.de revoc.donat. Vaſq.illuſtr.q.c.76.n.8.*

73 † TITULUS neceſſarius non eſt ad hanc 40. annorum pręſcriptionem,immunitatis enim pręſcriptio ſpacio 40.annorum inducitur, etiam quando non conſtat de titulo, *Natt.in conſ.431.num.27.Ioan. Petr. Surd.in conſ.234.num.* 16. ubi dicit, diſtinctionem *Balbi*, quòd non exiſtente titulo requiratur tempus immemoriale,non eſſe veram, & quando intervenit ſcientia & patientia partis tunc induci præſcriptionē ſine titulo ita tradi *in c.cum Eccleſia.Sutrina,col.pen. verſ.ſecundo modo poteſt,de cauſ.poſſeſſ.& propr.Felin.in c. ſi diligenti, col.5.in ſecunda reſtrictione, de præſcript. Dec. in conſil.134.in fin.Natta.in conſil.431.nu.28.* Et quòd regulariter in præſcriptione 30. vel 40. annorum ti-

tulus necessarius non sit, sed sola ipsa bona fides sufficiat scribunt omnes *in c. si diligenti, de praescript. Balb. in tr. de praescript. in 2. part. tertiae partis principalis & quod in praescriptione.*

74 † Similiter non est necesse, quod praescribens probet se non solvisse, sed sufficit, quòd alleget non solvisse *Bart. cons.* 59. *Corn. cons.* 142. *vol.* 3. *Crot. in consil.* 134. *num.* 4. *vers. sed instari poterit, Natta in cons.* 406. *nu.* 12. *cons.* 446. *num.* 14. *Cravet. in cons.* 57. *nu.* 9. *cons.* 111. *num.* 11. *Menoch. in cons.* 75. *num.* 8. *Gabriel. commun. opin. lib.* 1. *tit. de probat. conclus.* 6. *num.* 38. *Petr. Surd. cons.* 234. *num.* 35. ubi dicit, qui vult dicere eas solvisse, tenetur probare.

75 † Quin imò bona praesumuntur immunia & exempta si non sunt in registro descripta & registrata *Curt. Iun. in cons.* 106. *nu.* 4. & 7. *Crav. in cons.* 111. *n.* 14. addens, quòd sicuti ex registratione probatur obligatio ad solvendum onera, ita per registrationis defectum seu omissionem probatur liberatio seu exemptio: faciliùs enim jus libertatis acquiritur quàm servitutis *Abb. in cons.* 94. *n.* 1. Ita quoq; arguit *Menoch. in cons.* 21. *n.* 23. & *in cons.* 75. *n.* 10. *Festas. in tr. de collect. p.* 1. *c.* 4. *n.* 33. & inquit Bart. *in l.* 1. *C. de exact. trib. lib.* 10. quòd gravatus ad solvendum dicere potest exactari, ut ostendat sibi an sit in libro descriptus, quia si non est descriptus, indebitè molestatur, & inquit *Bald. in l.* 1. § *quod si nemo, vers. super tertio puncto, ff. quod cuiusq; universitatis nomine*, quod non descriptus in aestimo non potest gravari, nisi sit subditus, & dicit *Angel. in l. fin. C. sine cens. vel reliq.* quod ubi collectae imponuntur per aes & libram, attenditur aestimum, non possessio bonorum *Dec. in cons.* 285. *n.* 3. *Curt. Iun. in cons.* 42. *n.* 4. fuissent enim possessores interpellati ad registrandum, si bona essent oneribus obnoxia *Ioan. Petr. Surd. cons.* 234. *num.* 9.

76 † Si collecta vel gabella consuevit exigi pro aliquibus

quibus rebus & pro aliis non videntur alia constitui immunia, *Corn. in cons.* 1. *numer.* 142. *col.* 2. *vol.* 1. *& in consil.* 199. *volum.* 1. & dicit *Cravett. in consil.* 111. *nu.* 4. quod si communitas acceptat registrationem quoad aliqua bona, censetur acquievisse & consensisse, quòd alia sint libera & tacendo videtur sibi prejudicare quoad alia, quia inclusio unius est exclusio alterius, & quorundam detractio est aliorum confirmatio & infirmatio in quibusdam videtur cæterorum confirmatio & extat ferè textus in nostris terminis, *in l.* 2. *ff. de jure immun.* ubi dicitur, quod is, qui ꝓmisit certa onera solvere, videtur declarare, quòd nolit pro reliquis teneri & per illum textum, ita infert in proposito, *Bart. in cons.* 59. *nu.* 3. *&* 4. *vol.* 1. ubi dicit, quòd submittens se quoad aliqua, remanet liber in cæteris, quia exprimendo certa ad quæ vult teneri declarat quod in aliis non vult teneri, *Socin. in consil.* 74. *nu.* 7. *vol.* 1. *Nevizan. in consil.* 66. *n.* 24. *&* 52. *Ioan. Petr. Surd. consil.* 234. *num.* 16.

77 *Quis possit concedere immunitatem à collectis.*

† Quoad immunitatis concessionem dubium non est, quin summus Princeps immunitatem à collectis concedere possit, *l. unic. C. de his qui à prin. vacat. acceperunt, l.* 2. *ad fin. l. eos,* 11. *l. maximarum,* 12. *& l. fin. C. de excusat. mun. l. grammatico. fin. C. de profess. libro decimo, l. sunt munera, ff. de vacat. & excusat. muner. Alex. in l. ei qui, ff. de jure immun. l. vacuatis, Cod. de decurion. Paris. consil.* 69. *num.* 1. *volum.* 1. *Iacob. de homag. num.* 38. *Natt. consil.* 525. *num.* 3. *Bursat. consil.* 186. *num.* 30. *volum.* 2. *Roland. à Vall. cons.* 5. *num.* 18. *vol.* 1. *l. immunitates, ubi Bart. & Ioan. à Plat. C. de agricol. & censit. libr.* 11. *l.* 1. *ubi Angel. C. de immun. nem. conced. gloss. & Ioan. à Plat. ac. Luc. à Penn. in l. unic. C. de his qui à Princip. vacat. accep. lib.* 10. *Riminald. Sen. cons.* 73. *num.* 1. *Felin. in c. accedentes, colum. fin. de præscript. Paris. consil.* 69. *Capic. in investit. verb. feudorum clausula, versic. privilegiatus ab universitate, Alex. cons.* 101. *nu.* 3. *& seqq. lib.* 1. *& cons.* 30. *n.* 8.

num. 8. lib. 5. Crot. conf. 64. num. 3. Grat. respons. 51. num. 1. 24. 66. Boss. tit. de princ. num. 133. & 157. Senat. Pedemont. decis. 95. num. 20. & 21. & Ioseph. Ludov. decis. perusin. 3. num. 4. Innoc. Ant. de Butr. & Panorm. in C. pervenit, de immun. Eccles. Bart. in l. 1. C. de decret. decur. lib. 10. Bellug. rubr. 46. nu. 7. Symphor. supplicat. Cam. Imper. tom. 4. part. 1. vol. 30. n. 194.

78 † Sed & ex recepta Germaniæ consuetudine, & jure communi Principes, Comites, Baronesque Germaniæ nostræ perpetui ac jura Principis sive regalia possidentes cum clausula, *l. vacuatis, C. de decurion. libr.* 10. immunitatem concedere possunt, *Cravett. consil. 135. num. 2. Bursat. consil. 162. num. 11. volum. 2. Symphor. supplicat. Cam. Imper. tom. 4. part. 1. vol. 30. nu. 195.*

An, si immunitas est alicui concessa, eius portio aggravet alios, an verò tendat in præjudicium concedentis.

79 † An autem, si immunitas alicui conceditur eius portio aggravet alios, an verò tendat in præjudiciũ concedentis? Doctores non conveniunt. Eam esse Principis in immunitatibus concedendis libertatem, ut quotiescunque immunitatem alicui concedit, eius portio in concedentis Principis, non autem universitatis detrimentum imputetur, indistinctè traditur *à Carolo Tap. in rubr. ff. de constit. princip. cap. 4. num. 31. per text. in l. actores, C. de exact. tribut. libr. 10. & ibid. Luc. de Penn. & in l. 1. C. de excusat. muner. lib. 10. specul. tit. de censib. §. nunc dicendum, num. 9. Guiliel. Ravenn. Alber. & Angel. num. 3. in l. si unus, §. item si pactus, ff. de pact. Bald. & Roman. in l. si unus, §. sed generaliter, ff. de pact. Paul. Castrens. & Ias. in l. avus, ff. de pact. Hostiens. num. 5. Ioan. Andr. num. 2. in c. pervenit, de immunit. Eccles. Abb. in c. accedentes de præscrip. Capic. in investit. verb. collectis vers. privilegiatus à Principe, num. 123. Bover. in sing. verb. rescriptum, num. 8. Boss. tit. de Principe, nu. 164. Iacob. de S. Georg. in l. si unus, §. item si pactus, num. 5. ff. de pact. & in tr. de homag. in penult. quæstion. incip. pone. Serenissimus Rex, & quæst. seq. Socin. in consil. 72. colum. 2. versic.*

versic. circa ultimam dubitationem, *vol.* 4. † Quod tamen limitant, nisi quando ob benè merita vel aliam justam causam immunitas conceditur, nam tunc cæteros subditos privilegiati onus in se suscipere teneri tradunt, *Carol. Tap. ubi suprà*, *nu.* 32. *Capell. Tolos. decis.* 348. *col.* 3. *Barba. cons.* 13. *col.* 2. *lib.* 2. *Rip. in l. si se non obtulit, nu.* 37. *ff. de re judic. Natt. consil.* 347. *col. penult.* & *Cephal. cons.* 58. *n.* 49. *lib.* 1.

81 † ALII TRADUNT supremum Principem posse concedere alicui privilegium immunitatis ita ut cæteris hoc onus adcrescat, alios vero Principes & dominos superiorem recognoscentes, benè posse in præjudicium suum, ut videlicet de summa sibi debita per universitatem hominum tantùm detrahatur, quantùm importat rata privilegiati, concedere privilegium; non autem posse ita concedere, ut eius portio aggravet alios, & hæc est opinio *Beër. decis.* 213. *num.* 4. *Petr. Antibold. in tr. de muner. in* 3. *part. num.* 30. & 32. & §. 4 *num.* 97. Hoc verò ita intelligendum ut supremus Princeps possit concedere alicui privilegium immunitatis etiam sine causa in præjudiciũ cæterorum subditorum, alios verò in cæterorum præjudicium non posse nisi CUM CAUSA, sed etiam sine causa benè in sui ipsius concedentis præjudicium *trad. Petr. Anton. de Petr. in tr. de potest. princ.* & *inferior. ab eo in* 12. *limit. in* 6. *q. principal.*

82 † QUÒD AUTEM Germaniæ Principes, Comites, Barones & civitates jura Principis sive regalia habentes, non minùs, quàm Imperator ipse in reliquorum subditorum præjudicium immunitatem concedere possint, habetur *in Symphorem supplicat. Cam. Imperial. tom.* 4. *part.* 1. *vot.* 30. *num.* 196. & quòd dicitur, inferiores Principe non posse concedere alicui privilegium immunitatis in præjudicium reliquorum subditorum, de illis intelligendum esse, qui jura Principis non habent.

† Est

† Est autem circa interpretationem concessæ immunitatis animadvertendum immunitate simpliciter data eam solùm libertatem à muneribus personalibus non autem realibus tribuere, *l. fin. §. ultim. ff. de mun. & honor. l. qui immunitatem, 3. ubi gloss. Bartol. & Ioan. de Plat. C. de mun. patrim. idem Bart. in l. evacuatis, 19. numero quinto, & post eum Bald. & Plat. C. de decur. Aufrer. in addit. ad Capell. Tholos. quæst. 345. Parpal. in l. placet, C. de Sacros. Ecclesia, Cacher. decis. 95. num. 50.* nisi ne data ab omnibus vel quibuscunque; tunc enim ad realia quoque porrrigitur, *l. honoribus, §. qui muneris publici vacationem, & ibi not. ff. de vacat. & excusat. muner. l. 2. de jure immun. l. unic. Cod. de vacat. mun. public. libro decimo, Andr. Sicul. consil. 24. volum. 3. Capoll. caut. 63. Natta cons. 139. numero undecimo.* Sed sola extraordinaria, si quidem immunitas generalibus verbis ab omnibus muneribus realibus & personalibus concessa, non intelligitur de ordinariis, nisi id expressim dicatur, *Andr. Sicul. Capoll. & Nat. in iam allegatis locis.*

83 *Immunitas alicui concessa, quam tribuat libertatem.*

Est etiam communi calculo approbata Dd. sententia quòd immunitas concessa ab oneribus & collectis ordinariis & extraordinariis non extendatur ad onera, quæ ratione belli divini, pestis aut similis morbi contagiosi, vel belli humani indicuntur, *Dyn. in l si ex toto, 8. ff. de legat. 1.* quem ibi sequuntur; *Alex. num. 7. & seqq. post Bald. Abbat. ibidem Iason. num. 7. & seqq.* quod hanc teneat pro veritate & videri magis communem, *& num. 12. Rip. ibi. num. 17.* communem ibi affirmat *Alberic. de stat. part. 2. quæst. 138.* (& quamvis *Castrensis in d. l. si ex toto*, dicat, contrariam Raynerii sententiam sibi magis placere, tamen *in l. neminem, C. de Sacros. Eccles.* hanc partem amplectitur) *Felin. in cap. causam quæ, num. 17. de rescript. fac. l. unica, C. ut nemini liceat sese excus. in empt. specier. l. 2. Cod. de quib. mun. sese excusar. non liceat libro decimo, Roland.*

à Vall.

à Vall.consil.5. numero 26. volum. 1. & communem fatetur *Natta consil.63.numero primo, Plot. in l. si quando,* §.1.*num.*17. (Etiamsi ADSINT VERBA INSOLITIS ET SOLITIS) *c.unde vi, Francisc.de Mart.quest.*458. *Vivius in com.opin.verb.immunitas in princ. numero primo, Cacheran.decis.*91.*num.* 2. *Andr.Gayl.obser.*52.*num,*26.27. *lib.*2.*Eman.Suarez.in lit.I.num.*6.*Bursat.cons.*16.*num.* 51.*Rosent.in tr.feud.c.*5.*conclus.*86.*nu.*3. fallit si expressè quoque sint remissa *Dd. in l.si ex toto,* 8 *ff.de legat.* 1. *Cacher.decis.*39.*nu.* 20 nisi præcisa urgeat necessitas, cui aliter provideri non possit; quàm collectando exemptum, ut si cæterorum facultates non sufficiũt, tunc enim nulla privilegia aut concessiones exemptionem tribuere, necessitas quæ legem non habet & patriæ incolumitas suaderet, *Bald.cons.*406. *vol.* 5. *Alex.in d.l.si ex toto,*8.*Rip.ibid.vers.fallit primò, & Socin. quest.*3.4 & 5 *ff.de legat.* 1 *post Ioan.de Plat.cum te, Cod. quemad.civil.mun.libro decimo, Curt.Iun.consil.*61.*num.* 14 *p. l.jubemus nullam, & quæ ibi notat Bald. de Sacros. Eccles. Paris.consil.*68.*num.* 31. *volum.* 1. *Roland. à Valle consil.* 13.*num.*68. *volum.* 3. & *consil.* 5. *num.* 25. & *seq.* ubi etiam *ex Bald.consil.*406. addit, idem esse, si aliorum facultates quidem suppetunt sed magno cum scandalo *Natta consil.*63.*num.* 21. *vol.* 1. *Bursat.consil.* 16.*num.* 77. *Rosent. in tract. cap.* 5. *conclus.* 86.*num.*5. vel nisi concessio habeat AB OMNIBUS & QUIBUSCUNQUE ORDINARIIS & EXTRAORDINARIIS, &c. tùm enim ob geminata hæc verba, generalia onera belli remissa dicuntur *Bald. consil.* 406. *volum.* 5. *Roland. à Vall.consil.*5.*num.*35.*vol.*1. *Alexand. cons.*30. *nu.* 14.*lib.*5. *Plot.in l.si quando,* §. 1. *num.* 17. *C.unde vi; Festas.de estimo.p.*4.*q.*20.*nu.*48. *Nevizan, cons.*66.*nu.*16. *Iason.in l.si ex toto,nu* 8. & *Rip.ibidem nu.* 16. *de legat.* 1. *Vivius in verb.immunitas.nu.* 3.*Cacher.decis.*39.*nu.*21. *Bursat.cons.*16.*n.*52.*Natt.verò cons.*63.*n.*12. idem asserit de sola dictione AB OMNIBUS, quod vix tutũ videri

tradit

tradit *Rosent. in tract feud. c. 5. conclus. 86. in lit. g.* & contrariam sententiam esse communem post Ripam effatur communem, *Plot. d. nu.* 17. vel nisi conjecturis intelligi possit, fuisse de oneribus belli cogitatum, *Paris. consil. 25. num. 113. vol. 1. Dd. in d. l. si ex toto, Bursat. cons. 16. num.* 70. ut si concedatur immunitas tempore belli vel de cogitatis & incogitatis solitis & insolitis quibuscunque *Roland. Bursat. d. locis Cacher. decis. 39. num.* 21. de concessione tempore belli facta & de cogitatione belli aut pestis, *Ias. in l. si ex toto, ff. de legat.* 1. *Rip. de peste ubi suprà. Martin. de laud. in cons. Albert. Brun. consil. 117. num.* 222. Et an etiam immunitas sit ad casus insolitos extendenda, ex observantia & usu sequente colligi tradit *Paris. cons. 25. num. 113. vol. 1.*

84 *An immunitas concessa sit personalis an realis. Item quando transeat ad hæredes.*

† Illud hîc quoque notandum est, quòd immunitas præscriptione acquisita, semper sit realis. Præscriptio enim semper acquirit rei cujus fauore acquiritur, *Bald. in cons. 315. col. 1. vol. 3. & in cons. 24. vol. 4. Tiraq. de retractu consang. §. 1. gloss. 9. vet. m. 246. Cranu in cons. 10, num. 11. Ioan. Petr. Surd. cons. 525. num. 25.* Ita quoque immunitas descendens ex contractu, realis est, & ad hæredes transit etiamsi illorum nulla facta sit mentio; idque propter naturam contractus & præsumptam affectionem contrahentis & acquirentis, qui naturæ ductu etiam successori suo prodesse cogitat, *l. si pactum, ff. de probat. l. Paulo Callimacho, §. Pomponius, ff. de legat. 3. l. jurisgentium, §. pactorum, ff. de pact. l. necessarias, §. de vendendo, ff. de pignorat. actione Ias. in cons. 217. volum. 2. Idem Ias. in l. si sic stipulatus, num. 13. & 17. ff. de verb. oblig. Bart. Ibid. Gravett. in cons. 404. num. 2. Festas. collect. part. 4. cap. 8. num. 11. Ceph. in cons. 58. num. 38 Bursat. in cons. 16. nu. 44. Gayl. lib. 2. obs. 2. num. 15. Christoph. Henscher. de privileg. conclus. 63. Purpur. cons. 582 n. 21. Alex. cons. 71. nu. 3. libr. 6. Carol. Tap. in l. fin. ff. de constit. princ. c. 3. n. 21. part. 2.*

† An

† An autem immunitas per privilegium concessa in dubio præsumenda sit realis an personalis non transit sine difficultate, quòd in dubio potius realis quàm personalis sit præsumenda, est *text. in l. forma, §. quanquam, ff. de consib. gloss. in summa 25. q. 2. Bero. in consil. 205. in fin. vol. 1. Festas. collect. part. 4. cap. 8. num. 2. Bart. in l. si pater, num. 9. de servit. legat. Imol. Alex. & Aretin, in l. quia tale, ff. solut. matrim. Henric. Boich. in cap. mandata, num. 7. de præsumption. Gregor. Lopez. in l. 49. tit. 18. part. 3. verb. de servitio. Ias. in l. apud Iulianum, §. si quis alicui, num. 7. & seq. de legat. 1. Alciat. respons. 7. nu. 4. libr. 4. Carol. Tap. in l. fin. ff. de constit. prin. t. 3. secunda part. num. 30. & 31.* Quòd verò immunitas per privilegium concessa in dubio videatur personalis non realis, habetur apud *Ioan. Petr. Surd. cons. 525. ubi allegatur Alex. cons. 101. in fin. vol. 1. Bero. cons. 173. nu. 68. vol. 1. Ias. cons. 227. num. 1. & 2. vol. 2. Natt. in cons. 218. in fin. Boër. decis. 227. num. 18. Cravet. in cons. 404. nu. 2. cons. 929. n. 35. Purpur. in cons. 582. nu. 10. Menoch. cons. 70. num. 1.* 85

† Planè observantia interpretatur privilegium an sit transitorium ad hæredes & successores, *l. minimè. ff. de legibus*, etiamsi verba contrarium inferrent, *c. cum dilectus ubi Butr. & Abb. de consuetudine*, hinc universitas, quæ scivit & passa est immunitatem servari successoribus, videtur declarasse eius intentionem fuisse à principio, quòd transiret in successores, *Natta in cons. 406. nu. 25.* ubi ait, ex eo, quòd fuit post concessionem servatum, declarari an immunitas fuerit ad onera belli concessa; ita quoque arguit *Decis. Pedem. 136. in fin.* 86

† Et immunitas concessa dignitati gerentibus, *Festas. in tr. de collect. p. 4. num. 8. num. 10. Bald. in l. liber. num. 20. C. de oper. lib[illegible]. Barbat. cons. 44. num. 12. in 2. vol.* Et immunitas concessa certo generi personarum durat, donec adest aliquis ex isto genere perso- 87

narum, *Dyn. in c. privilegium, in fin. de reg. jur. in 6.* & *ibidem Anchor. col. 3. circa med. Bald. in l. sordidorum, C. de excusat. mun.*

88 † Et immunitas concessa habitatoribus seu laboratoribus, extenditur ad novos qui antiquis successerunt, quia est concessa generi personarum *Bald. in cons. 112. n. 6. vol. 1.*

89 † Et privilegium concessum universitati durat donec durat universitas, *Bald. in l. fin. de constitut. princ. Bart. in l. pater, num. 5. vers. quando concessio continet privilegium, ff. de serv. legat. Bellon. in consil. 20. num. 8. Natt. in consil. 627. num. 13. & cons. 649. n. 17. Dec. in Cagnol. in l. qui in jus, ff. de regul. jur. Ioan. Petr. Surd. consil. 262. num. 43.*

90 † Et immunitas concessa alicui in perpetuum non est personalis sed realis & transit in successores per *l. sordidorum ubi Ioan. de Plat. C. de excusat. mun. lib. 10. Anchor. in cons. 327. nu. 2. vers. secundò principaliter, Barbat. in cons. 44. nu. 3. vol. 2.* ubi dicit immunitatem perpetuò alicui concessam & suis familiis, durare donec durat familia, refert & sequitur *Bellon. in cons. 20. n. 10. Ioan. Petr. Surd. cons. 262. n. 25.* Dissentit *Sylvanus.*

91 † Item immunitas indefinitè concessa trahitur ad bona quæsita post concessionem, *c. quia circa, de privileg. Bart. in cons. 56. n. 8. vol. 1. Bald. in cons. 407. super facto domini Cortoniensis, n. 2. vol. 5.* ubi dicit indefinitam bonorum mentionem haberi pro universali *Imol. in l. damni, §. si is, qui unas ades, ff. de damn. inf. &.* ubi dicit procedere, non modò quando agitur de præjudicio concedentis, sed etiam si de damno tertii agatur sequitur *Alex. in cons. 178. n. 17. Ias. in cons. 28. nu. 1. vol. 3. Paris. in cons. 68. nu. 10. vol. 1.* ubi dicit hanc esse veriorem & communiorem sententiam & allegat multos eam tenentes, *Bertrand. in consil. 95. vol. 5. Cagnol. in l. in omnibus, num. 10. ff. de regul. jur. Natta in consil.*

in consil. 160. *num.* 23. *Festas. in tr. collect. part.* 4. *cap.* 7. *num.* 60 *& seq.* ubi ait hanc esse communem opinionem & procedere, licet agatur de magno tertii præjudicio, & ibi alios citat *Decis. Pedemont.* 136. *num.* 1. *ubi addit. Abb. & Ruin. Menoch. in consil.* 70. *num.* 1. Et ex istis constare hanc esse communem sententiam, quicquid tenuerit *Bald. in cons.* 112, *ait Ioan. Petr. Surd. in cons.* 262 *num.* 51.

92 *Quibus modis immunitas amittatur.*

† Amittitur immunitas primò renunciatione expressa, *l. si quis in conscribendo, C. de pactis, l. recusari, ff. de acquir. haredit. l.* 1. *§. assignare, ff. de assign. libert. c. nonnulli, de rescript. c. dilecti, de for. compet. cap. nuper. de decim. c. ex ore, §. quia verò, de his, qui fi. à major. part. cap. Carol. Tap. in l. fin. ff. de constit. princip. cap.* 6. *part.* 2. *numero primo.* Renunciatio non præsumitur, *l. postquam liti, ubi Dec. numer.* 16. *C. de pactis Butrius in cap. accedentibus, colum.* 2. *de privileg. Felin. in cap. cum accessissent, numero decimo nono, de constit. & ibidem Dec. colum. penult. versic. & hoc comprobatur. Idem Dec. in consil.* 308. *num.* 8. *Menoch. consil.* 1. *num.* 212. *& libr.* 6. *præsumpt.* 41. *numero primo, Carol. Tap. in l. fin. ff. de constit. princ. cap.* 7. *part* 2. *numero decimo quarto.* Ratio, renunciatio sui juris est donatio quædam, nemo autem præsumitur suum donare. Et ubicunque sumi potest alia causa, quàm renunciationis, tunc semper interpretari debemus actum, ne renunciationem inducat, *Butr. in c. accedentibus, de privileg. gloss. in cap. pro illorum, in versic. recessisse, de præbend. Surd. cons.* 419. *n.* 34. *Baptist. Costa in tr. de facti scientia & ignorantia, cent.* 1. *distinct.* 10. *nu.* 6. Sicuti n. donatio nunquã præsumitur ita nec renunciatio. † Secundò amittitur per actus contrarios, sed est primò intelligendum si immunis solvit collectas spacio triginta annorum per unicam solutionem non amittit immunis privilegium; sed requiritur solutio 30. annorum spacio continuata, *Abb. in consil.* 94. *volum.* 1. *Alexand. consil.* 193. *versicul.*

93

postremò, vol. 2. & in conf. 33. vol. 5. Iaf. in conf. 25. num. 2. versic. nec obstat, vol. 3. Guid. Pap. q. 387. Grat. in conf. 61. num. 45. vol. 1. aliâs erit immuni solùm præjudicatum quoad solutiones factas, ne id quod solutum est possit repeti, non pro tempore futuro, quia immunitatis privilegium non continet actum momentaneum, nec consummatur per unum vel plures actus, sed habet causam successivam & completur tempore & per plures actus, *l. voluntariè, C. de excusat. tut.* & ibi inserunt in specie ad privilegium, *Cyn. Petr. & Salicet.* ad idem est textus *in l. 2. & in l. falsa, C. de divers. rescript.* Idem notat *Bart. in l. 2. in fin. ff. de decurion. Abb. in c. accessissent, ubi latè Felin. de constit. Dec. in conf. 496. num. 13. Ruin. in conf. 93. num. 27. vol. 4. latissimè Dec. in d. c. cum accessissent, nu. 17. vers. sed advertendum est*, ubi dicit, quòd solvendo quis semel aut pluriès non dicitur renunciare privilegio, quia hæc est tacita voluntas, quæ non extenditur ultrà, quàm ex ipso actu necessariò infertur, per unam aut plures solutiones non infertur necessariò, quòd velit omnino renunciare privilegio. Et ut privilegium tollatur requiritur actus, qui sit ex toto contrarius privilegio, sed unica solutio vel etiam plures solutiones non adversantur in totum privilegio, sed in parte, nempè respectu oneris, quòd exolvitur, ideo in totum non tollitur privilegium, quod refertur ad successivos omnes actus, & ideo facit conclusionem hoc modo, quòd privilegium tollitur per contraventionem, quæ tamen sit universalis & respiciat futuros actus, non autem si sit particularis & respiciat certos actus & *Natta in conf. 446. num.* 18. ponit simile, quòd dicitur de eo, qui partem solvit indebiti, is enim sibi præjudicat in soluto, sed non propterea compelli potest ad solvendum residuum, *gloss. in l. fin. C. ne uxor. pro marit. in l. non dubium, in verb. agnoverit, ubi Dd. omnes, C. de testamentis.* Et quòd non tollatur

privi-

privilegium nisi solvendo per 30. annos, probavit etiam *Sylvan. in consil.* 83. *num.* 10. *& seq.* ubi allegat *Gozadin. in consil.* 23. *colum.* 1. attestantem de communi, *Cephal. cons.* 58. *num.* 92. *Osasc. in decis. Pedemont.* 91. *num.* 22. *vers. posset quartò responderi*, *Decian. in cons.* 43. *num.* 27. *volum.* 3. *Festas. in tr. de collect. part.* 5. *nu.* 35. *& allegat Alex. in d. cons.* 33. *nu.* 3. *Ioan. de Plat. & Andr. de Barulo* dicentes, id verum esse, etiamsi solutio facta fuisset decem annis continuis, *Surd. consil.* 419. *num* 52.

† Secundò est intelligendum si non coactè, metuve executionis solvit. Immunis solvens collectas ex præcepto superioris non perdit immunitatem, quia præsumitur per obedientiam solvisse, non ut contraveniat privilegio, *Ruin. in cons.* 196. *in fin. vol.* 1. *Festas. in tr. collectarum part.* 5. *in fin. num.* 39. *Decis. Pedem.* 91. *num.* 19. quia coacta solutio non nocet solventi, *l. circa princ. vers. nec si per vim, ff. de muner. & honor.* & dixit *Roman. in consil.* 252. *num.* 5. quòd solutio non sponte facta immunitatem non tollit & dicit de hoc esse casum, *in d. l. cura. Idem Roman. in cons.* 107. *num.* 13. *in cons.* 196. *in fin. & in cons.* 288. *num.* 11. *lib.* 1. *Marsil. in cons.* 90. *num.* 3. *Dec. in c. si de terra*, *num.* 32. *de privileg. Bartholomaus Bellenzinus in tract. de charitativ. subsid. quæst.* 61. *Menoch. libr.* 6. *præsumpt.* 41. *num.* 14 *&* 15. *& cons.* 402. *num.* 63. *lib.* 1. *Felin. in c. cum accessissent, num.* 29. *Alexand. in consil.* 33. *vol.* 5. *Sylvan. consil.* 66. *num.* 28. *Decis. Pedemont.* 91. *num.* 19. *vers. secundò dato*, *Anton. Gabriel. com. opin. libr.* 6. *tit. de jure immunit. conclus.* 1. *num.* 6. *Surd. cons.* 419. *num.* 35. velle enim non creditur, qui obsequitur imperio judicis, *l. velle ff. de reg. jur.* Et dicit *Butrius in c. accedentibus*, *colum.* 2. *vers. per prædicta*, de privilegiis, quòd si canonicorum capitulum mandato Pontificis, recepit aliquem in canonicum contra privilegium capituli, non dicitur renunciasse ipsi privilegio, cùm id coactè fecerit. Et

98

in dubio solutio præsumitur facta per vim ad evitandam litem, non animo renunciandi suo privilegio secundùm *Innocent. in c. accedentibus, de privileg. Alex. in d. consil.* 33. dicens non esse verisimile, quòd quis velit amplissimo & utilissimo privilegio renunciare, *Ruin. in consil.* 111. *num.* 21. *volum.* 5. & juramentum & servitia præstita contra antiquam consuetudinem præsumuntur extorta secundùm *Bald. in tit. de Pac. Constant. & in cap.* 1. *qual. vasall. jur. debeat fidelitat. cum multis similib. adductis à Roland. in consil.* 100. *n.* 112. *vol.* 4.

95 † Tertiò est intelligendum, quoad personam ipsius facientis actus contrarios ipsi privilegio, cui quidem ad sui præjudicium renunciasse præsumitur, secus verò quoad alios, quibus præjudicare non potuit, *Felin. in c. cum accessissent, num.* 28. *versic. hanc regulam, de constitut. Menoch. lib.* 6. *præsumpt.* 41. *num.* 5. *Decian. consil.* 43. *num.* 35. *volum.* 3. quia jus nostrum non tollitur nisi facto nostro, *l. id, quod nostrum, ff. de regul. jur.* & factum unius non debet alteri nocere, *l. non debet, ff. eod. tit.* hinc tradit *Surd. cons.* 419. *n.* 36. quòd solutiones factæ ab usufructuario non præjudicent proprietario, præsertim si sint factæ proprietario ignorante.

96 † Imò, ne mater tutrix solvendo aliquo tempore collectas pro filio immuni tollit illius privilegium, *Sylvan. in consil.* 66. *in fin. Cephal. in consil.* 58. *in fin. Surd. consil.* 419. *num.* 40. quia tutrix non potest pacto etiam expresso tollere jus pupilli, *l. pactum curatoru, ubi gloss. Bartol. Alexand. & alii, C. de pact. Angel. in l. contra juris, §. fin. ff. de pact. Corn. in consil.* 143. *colum.* 3. *versic. & licet tutor. volum.* 4. *Dec. in consil.* 147. *colum. fin.* ergò multò minùs per actum tacitum, *Barbat. consil.* 40. *colum.* 5. *in fin. volum.* 2. quia tutrix potestatem habet administrandi benè, non autem malè, *l. qui fundum, §. si tutor. ubi Bartolus, ff. de usucap. pro empt.*

gloss.

gloss. in l. interdum la, 2. *§. qui tutela, ff. de furt.* † Sed 98 quæritur, an immunis, si sciens describatur vel patiatur se describi in libro eorum, qui tenentur solvere, ita præsumatur renunciasse suo privilegio, ut nisi in continenti appellet, amittat privilegium, *Angel. ex illo text. in l.* 1. *§. si quis tutor ff. quando appellandum sit, Alexand. consil.* 136 *libr.* 2. *numero duodecimo, Dec. consil.* 496. *num.* 13. *Alciat. respons.* 16. *numer.* 13. *libro quarto, & alii, quos adducit Gabriel. libr.* 6. *comm. conclus. titul. de jure immun. concl.* 1. volunt nisi in continenti appellet, quòd amittat. Sed *Bartolus in l. forma, §. fin. ff. de censibus, Iason, in l. falsi, Cod. de divers. rescript. & Alexand. consil.* 101. *colum.* 7. *libro primo*, videtur velle, quòd habeat anni tempus ad petendam emendationem, *Purpuratus consil.* 483. *numero undecimo.* Angeli doctrinam intelligit, quando quis fuit post immunitatem descriptus & hoc scivisse fuerit probatus. GREGORIUS LOPEZ, *l.* 42. *titul.* 18. *part.* 3. *verb. triginta annos* testatur Angeli doctrinam non esse receptam in pract. & contrarium defendit latè, cum quo *Ioan. Marc. Aquil. in l. non solum, §. morte, numer.* 194 *de nov. oper. nunciat.* Sentit. *Surd. consil.* 262. *num.* 78. dicit, Angeli doctrinam procedere in privilegio continente effectum momentaneum, secus autem esse, quando actus est reiterabilis, ut in solutione collectarum, & aliter intelligendo, dictum *Angeli* esse contra notata *à Petro, Cyno, Baldo, Salicet. & aliis in l. voluntariè, Cod. de excusat.* qui ut suprà est dictum, aiunt, privilegium, cujus effectus est reiterabilis, non tolli per unum actum contrarium, imò solam professionem non tollere immunitatem, quia tutus à solutione non excusatur à professione, *l. fin. §. divus, ff. de public. Decis. Pedemont.* 91. *numero vigesimo, Baptista Costa in tr. de facti scientia & ignorantia centur.* 1. *distinctione decima, numero secundo*, Angeli doctrinam his verbis

declarat, ut intelligatur, duntaxat quoad onera præteriti temporis, in quibus sciens solvens, qui est exemptus sibi præjudicat, *Decian.cons.41.num.91.vol.1.* nisi coactè metúve executionis esset facta solutio vel præambulâ protestatione & salvo jure privilegii foret solutum, secus intelligatur quoad futura in actu reiterabili.

98 † Planè quòd professio seu registratio facta ab immuni ad mandatum vel edictum superioris, quo quilibet jubetur profiteri, non præjudicet, neque tollat immunitatem, tenet *Natt.in cons.1.num.5.vers. non obstat modo.* Licet enim immunis non teneretur registrare, quando emittuntur edicta, quòd quilibet profiteatur corpora possessa, *Castrens.in cons.317. colum.3.vol.1. Natta in cons.338.num.5.* & 8. tribuit tamen excusationem his, qui edictis istis moti bona in catastarum retulerunt, ut videantur coactè potiùs, quam spontè id fecisse, nempè ut lites execarentur tradunt *Innoc.in c.accedentib.de privileg.Ioan. Petr.Surd.cons.261.n.77.*

99 † Si per consuetudinem est acquisita immunitas, quantum tempus fuit necessarium ad inducendum, tantum requiritur ad tollendum, per unum actum non tollitur, *Innoc.in c.accedentibus, circa fin. Cagnol.in l.nemo,§.temporalis, de reg.jur.* ubi dicit, quòd consuetudo iam completa non tollitur nisi eo modo, quo fuit inducta, id est, per contrariam consuetudinem *Festas.in tr.de collect.part.2.c.3.n.43. Cephal.in cons.26. num.5.* & *29.* & solennitas, quæ requiritur in confectione actus, est etiam necessaria in illius dissolutione *gloss.in l.ab emptione, ff. de pact. gloss.in l.cum proponeretur, ff. de legat. 2. Marsil.in pract. crim.§.restat.num. 69. & seq. Ripa in rubric.ff. de acquir. possess. numero 9. Crot. consil. 44. numer. 8. Ioan. Petr. Surd. consil. 842. num.80.*

100 † Tertiò amittitur immunitas, ubi res de persona

na privilegiata transit ad personam non privilegiatam. Tunc enim immunitatis privilegium extinguitur, *l. locatio*, *§. fin. ff. de publica*, ubi Bartol. notat quòd privilegium fisci non transit in emptorem, *Dyn. Bart. in l. Paulus, ff. de acquir. hared.* & hanc conclusionem tenent, *Specul. Ioan. Andr. Bald. Roman. Archidiacon. Luc. de Penn. Alex. Salicet. Socin. Dec. Ias. Firmian. Ruin. & Natta*, quos citat & sequitur *Roland. in cons. 61. num. 17. vol. 4. Natt. in cons. 218. nu. 7.* ubi post Ioan. Andr. ponit exemplum in milite, qui prædia tradidit cuidam rustico & *Parpal. in l. placet, num. 78. versic. & istud dictum, C. de Episcop. & Cleric.* ubi dicit, idem de domino loci, qui vendit prædium alii. Et quòd prædium ab Ecclesia possessum collectari possit, quando transivit ad privatum voluit, *Specul. in tit. de immunit. Eccles. in fin. Feder. de Sen. consil. 111. colum. penult. vers. item quaritur an rustici, Gem. in c. quanquam, in fin. de censib. in 6. Ioan. de Plat. in l. Senatorum, C. de dignit. libr. 10. Ias. cons. 20. num. 9. vol. 2. Tiraqu. de retract. consanguin. §. 1. gloss. 13. num. 12. Parpal. in l. placet, num. 78. Cott. in memor. incip. colonus Ecclesia, in princ. Purpurat. consil. 489. num. 8. & consil. 582. num. 7. Natta cons. 218. num. 8. Ægid. in tr. de collect. sectio. incipit. non obstant, qua supra, num. 21. Roland. cons. 61. nu. 14.*

101 † Hoc tamen debet restringi ad privilegium personale, quòd competit ratione personæ, quando privilegium est reale concomitatur rem & cum ea transit in quemcunque possessorem *Specul. Anchora. Alex. Barbat. Socin. Ias. Dec. & alii apud Festas. in tr. de collect. part. 4. c. 8. num. 2.* Sicut enim reale onus rem sequitur, *l. via constitui, §. quicunque, ff. de servit. Vrban. Pradior. Becc. in cons. 24. num. 28.* Ita privilegium reale transit ad omnes cum ipsa re. *Ioan. Petr. Surd. cons. 525. num. 26.*

102 † Similiter id, quod dictum est, quòd prædium ab Ecclesia possessum collectari possit, quãdo transi-

vit ad privatum, declarari debet nisi solvendo onus illud redundaret in damnum Ecclesiæ, ut quia Ecclesia promisit rem immunem servaturam vel cum immunitate vendidit; *Bald. in consil. 31. vol. 1. Ioan. de Amic. in cons. 18 num. 9. Roland. consil. 61. num. 18. vol. 4. Alciat. in consil. 216. num. 7. Sylvan. in cons. 66. nu. 7. vers. quoniam in principiis, Ioan. Petr. Surd. cons. 525. post num. 29.*

103 † Quartò amittitur immunitas, cùm ab eo, à quo concessa est, revocatur, quòd quidem si ad beneplacitum concedentis auff wolgefallen / concessa est, certi est juris, *per c. si gratiosè, de rescript. in 6. gloss. ibid. in verb. expirat, l. locatio, ff. locati, Bart. in l. more majorum, num. 17. ff de jurisdict. Idem latè in l. centesimis, §. fin. n. 9. ff. de V. O. Hyppolit. de Marsil. in l. fin. num. 42. ff. de quæst. Dd. in cap. privilegium de regul. jur. in 6. l. fideicommissa, §. quanquam, ff. de legat. 3. gloss. ibidem in verb. valuerit, Natta consil. 608. numero quinto, volum. 3. incipit pro decisione.* Concedens si moritur, privilegium non revocatur, *l. juris perites, ff. de excusat. tut. l. sufficit, ff. de condict. indeb.*

104 † An autem citra illud pactum Princeps privilegium revocare possit, dubio non caret, concessum siquidem beneficium à Principe mansurum esse decet, & quod semel placuit, displicere non potest, *c. decet, de regul. jur. in 6. §. illud, in auth. constit. quæ de dignit.* Ego cum communi schola sic statuo, beneficium concessum subditis, per Principem regulariter revocari posse: nam privilegium merum, quando subdito conceditur à Principe, tanquam Principe, sustinetur in vim gratiæ vel legis & lex non ligat concedentem, *l. Princeps, ff. de legib. l. penult. ff. de arbitr. gloss. in cap. 1. in verb. ab omnib. & ibi scribentes, de constitut.* Præterea Princeps nõ potest legem sibi imponere à qua non liceat sibi recedere, *l. si quis in princ. ff. de legat. 3. l. is potest, ff. de acquirend. hæredit. Ias. in consil. 225. col. ult. fin.*

fin.volum.2. Et quod Princeps pro libito suæ voluntatis revocare possit privilegium subdito cōcessum, voluit *gloss. in cap. decet, in gloss. ult. de regul. jur. in 6. & in cap. constitutus, in verb. à quocunque de religios. dom. Bald. in l. qui se patris, colum. 8. Cod. unde liber. Angel. in l. Antiochensium, ff. de privilegiis creditor. Innocent. in cap. nostra de injur. Butr. & Cardinal. in cap. novit, de judic.* ubi Abbas dicit quòd si privilegium habet tractum successivum, revocari poterit, quoad futuros actus licèt non quoad præteritos, *Anthoran. in consil. 336. & in consil. 336. Castrens. in l. si quis curialis, C. de Episcop. & Cleric. & in consil. 46. colum. fin. volum. 2. Cardin. in repet. cap. perpendimus, colum. 5. versic. respondeo, quod aliquando privilegium, de sentent. excommun. Butr. cap. 1. colum. 5. de constit. Alexand. in consil. 216. colum. 2. volum. 2. & consil. 155. in fin. volum. 6. Barbat. consil. 180. colum. 7. in fin. volum. 3. Felin. in cap. 1. colum. 2. de probat. Socin. in consil. 87. vol. 3. Iason. consil. 56. colum. 2. vol. 1. Afflict. tit. quæ sint regalia, num. 126. Dec. in c. novit. num. 15. & in c. quæ in Ecclesiarum, num. 37. de constitut. Curt. Iun. in cons. 1. col. penult. Ruin. cons. 196. colum. 3. vol. 1. cons. 98. col. 4. vol. 4. cons. 130. col. 3. vol. 3. Gozad. cons. 8. num. 38. Paris. cons. 2. col. 14. vol. 4. Capic. in decis. 166. Dec. in cons. 286. colum 3. in cons. 392. colum. fin. in consil. 604. colum. penult. Bartol. in l. hostes, colum. 1. ff de capt.* ubi dicit, QUOD CAUSA NULLA REQUIRITUR SED SIMPLEX SUFFICIT VOLUNTAS PRINCIPIS, *Bald in consil. 439. col. 3. circa med. versic. Item & si domina regina vol. 3. & in consil. 300. colum. 1. volum. 5. Cravett. in consil. 411. num. 32. Natt. in cons. 511. num. 2. & in cons. 512. nu. 17.* ubi referendo *Castrens. in l. rescripta, C. de precib. imperat. offerend.* dicit, ꝙ si Princeps aliquod privilegium concedit tanquam Princeps, illud erit revocabile, secus si ut privatus, quia tunc revocari nō pōt, *Marcabr. in cons. 23. n. 317* Et hāc opinionem, ꝙ privilegiū subdito concessum revocare possit, esse indubitatam dicit

dicit *Surd.consf.419.num.*10. Cæterùm, quòd iam dictum eſt, iuxta receptiorem Dd. ſententiam, Principem poſſe privilegium ſubdito conceſſum ſine cauſa revocare, procedit ſolum ex plenitudine poteſtatis.

105 † Hinc ſequuntur plura. Primum eſt, quòd hoc permittatur ſolis Principibus, qui habent jura Imperii, eos Principes, qui plenitudinem poteſtatis non habent, non poſſe ſubdito immunitatem conceſſam ſine cauſa revocare, *Surd. conſil.* 419.*num.* 15. & 16.

106 † Secundum eſt, licet Princeps ex plenitudine poteſtatis poſſit facere, non tamen debeat, niſi ex maxima cauſa, & ſumma cum ratione & cum diligenti examinatione an id exigat utilitas publica & an conveniat, *Ioan. Andr. in c.* 1. *quod dilectio, de conſanguin. & affin. Bald. in cap.* 1. § *notandum, num.* 2. *qui feud. dar. poſſ. Campeg. conſ.* 2. *num.* 26. *Ioan. Iacob. de Leon. conſ.* 114. *num.* 125. *inter conſ. Bruni. Molin. de primogen. Hiſpan. lib.* 4. *c.* 3. *num.* 20. Princeps enim debet habere unum calamum & unam linguam, ſemel Deus locutus eſt, & ei convenit illud, quòd ſcripſi, ſcripſi, & quæ proceſſerunt de labiis meis non faciam irrita, & debet eſſe immobilis ſicut lapis angularis & Polus in Cœlo, *Surd. conſ.* 419. *num.* 46. Et plenitudo poteſtatis eſt res odioſa, *l. in honorariis,* §. *ſed cum reſciſſa, ff. de action. & obligat. Alexan. in conſ.* 8. *num.* 64. *in* 3. *vol. Cravett. in conſil.* 869. *num.* 6. Et ideo Princeps in dubio non præſumitur privilegium à ſe conceſſum voluiſſe revocare, *Calder. conſ.* 11. *titul. de privileg. Dec. in conſ.* 168. *col.* 2. *Alciat. conſ.* 19. *num.* 4. *Pariſ. in conſ.* 61. *in fin. volum.* 2. *Cravett. conſil.* 21. *in fin. Decian. in conſil.* 23. *num.* 5. *volum.* 3. *Riminald. in conſil.* 627. *num.* 38. *Menoch. de præſumpt. lib.* 6. *præſumpt.* 37. *num.* 7. Tertium eſt, Princeps ne quidem ex plenitudine poteſtatis poteſt revocare contractum cum ſubdito initum

rum *Castrens. in l. digna vox, C. de leg. Idem Castrens. in cons. 317. col. fin. vol. 1. Iason. in consil. 93. colum. 2. volum. 3. Dec. cons. 286. num. 9. Ruin. in cons. 196. col penult. vol. 1. Rub. cons. 138. col. 1. & 2. Doctores in c. primò de probat. Cravett. in cons. 135. col. 3. Sotin. Iun. in cons. 76. n. 3. vol. 1. Roland. in cons. 66. n. 33. & seq. vol. 2. Nat. in cons. 512. n. 115. Cephal. in cons. 342. n. 97. Decian. in cons. 25. n. 21. vol. 1. Bec. in cons. 56. num.* 8. quòd contractus sint de jure gentium, quòd est immutabile, §. *sed ut naturalis. Instit. de jur. natur. gent. & civil.* Et Princeps ligetur dictamine rationis, *Bald. in l. si aquam, vers. si decimo octavo, C. de servit. & aqu.* Et alias si posset resilire à contractu, esset deterioris conditionis, quàm cæteri, quia nemo cum eo contraheret, ut inquit *Bald. in l. Princeps, in fin. ff. de legib.* & sequuntur infiniti *apud Decian. d. cons. 25. num. 22.* Et non solùm suum, sed etiam antecessoris contractum servare tenetur *Bald. in cap. 1. de probat. Ruin. in consil. 7. num. 17. volum. 1. Roland. d. consil. 66. num. 38. Cephal. consil. 302. num.* 105.

107 † Ideò non potest Princeps immunitatem concessam per viam contractus, ex plenitudine potestatis revocare, *Bart. in l. quod semel, ff. de decret. ab ordin. faciend. & in l. 2. in fin. ff. de jur. immun. Baldus, in l. qui se patris col. penult. C. unde lib. & in l. si cum mihi, ff. de dol. Alex. in d. l. digna vox, Anchor. in cons. 366. in princ. Alex. in consil. 30. num. 4. vers. quin imò, volum. 5. Ruin. in cons. 196. num. 8 volum. 1. Paris. in cons. 69. num. 5. volum. 1. Neviz. in cons. 66. num. 44. Bellon. in cons. 37. in fin. & in consil. 39. in fin. Natt. in cons. 242. numero tertio, Cephal. in consil. 58. numer. 78. & consil. 342. num. 53. Decis. Pedem. 95. num. 11. Cravett. in consil. 869. nu. 7. consil. 963. num. 26. Surd. consil. 262. num. 65.*

108 † Idem juris est in contractu lucrativo, *Cravett. in cons. 894. num. 27. Surd. in cons. 419. post num. 57.* quicquid in contrarium dixerit, *Natt. in cons. 511. num. 8.*

† Sed

† Sic etiam non revocare potest Princeps privilegium concessum mediante pecuniâ *Dd. in d. c.primò; Bald. in l. precibus, num.* 13. *C. de impub. Castrens. Cardin. Ias. Socin. Dec. Brun. Gramm. & Cravett. quos citat Decian. d. consf.* 25. *num.* 29. ubi dicit etiam de plenitudine potestatis non licere, *Cravett. in consil.* 894. *num.* 29. *consil.* 909. *num.* 4. *consil.* 951. *num.* 9. *consil.* 963. *nu.* 27. *Peregrin. de jur. fisci, libro primo, in titul. habentes jura fisci, num.* 28. quin imò dicunt Doctores, quòd non potest Princeps tollere dominium, quod fuit subdito quæsitum ex privilegio; fuit doctrina *Aret. in cap. novit. de jud.* quia licèt privilegium sit actus juris civilis, dominium tamen ex eo quæsitum est jurisgentium sequitur *Aretin. in consf.* 98. *nu.* 23. *vol* 3. Eiusdem sententiæ fuerunt *Abb. & Felin.* quos citat ad hoc *Cravett. in consf.* 894. *num.* 26. *consil.* 640. *num.* 17. *in fin. ubi allegat Ripam, Natta in consil.* 512. *numero* 21. *Molin. de primogen. Hispan. libro quarto, cap.* 3. *num.* 21. *ubi allegat Bald. Alex. Lupum & Gabriel. Anguisol. in consil.* 89. *num.* 3. *Peregrin. loco suprà relato, num.* 27. ubi tamen distinguit inter plenitudinem potestatis & ordinariam potestatem, & Molin. loquitur de dominio quæsito ex donatione.

110 † Et quòd hactenus dictum est, de non revocanda immunitate concessa per viam contractus; obtinet etiam in privilegio, quod est subdito concessum propter benè merita; quia & illud Princeps non potest revocare, *Bald. in l. si cum mihi. ff. de dol.* ubi dicit sic consuluisse civitate Senarum *& in l. qui se patris, C. unde lib. Abb. in consil.* 3. *in* 26 *quæst. volum.* 2. *Alexan. in consil.* 216. *numero secundo, & seq. volum.* 2. *Socin. in consil.* 58. *numero nono; volum.* 1. ubi dicit, quòd hoc casu privilegium transit in contractum, & allegat *Castrens. in l. digna vox; C. de legib. Dec. in consil.* 286. *nu.* 4. *versic. & per hoc*, ubi multos citat, *& in consil.* 292. *num.* 7. ubi idem repetit, *Raim. in consil.* 217. *num.* 7. *vol.* 1.

vol.1.Parif.in conf.2.num.127.in 4. vol. Gramm.confil. civil.100.num.32.Aret.in c.novit.col. 4. de judic. ubi Felin.in verf.tertiò limita.Capic.decif.121.num.16.Cravet. in conf.963.num. 26. Roland. in conf.76.num.17.vol.2. Rip.in l.fi unquam,num.29.C. de revoc. donat. ubi Tiraquell.in verb.donatione largitus,num.14.Berret. in confil. 1.num.16.Ofafc.decif Pedemont.*139. numer. 28. Ruin. Sen.conf.307.vifis,num.4.Decian.in confil.25.num. 30. vol.1.& in conf.556.num.107.Menoch.conf.2.num.139.* Rationes plures funt, prima, quia conceffio ob bene merita perdit nomen privilegii & tranfit in beneficium, *Socin. in conf.84.colum.5.verf. confirmantur prædicta,vol.3.* Sed ante eum hoc voluit *Alex. in confil. 160.vol.2.Socin.Iun.in conf.37.num.18.vol.* 1. ubi infert, quòd eft latè interpretandum *Pafet. in confil. 18. num.39.Surd.in conf.140.nu.53.& conf. 419. num.51. Menoch.lib.3.præfumpt.103.n.14.* Beneficium autem non poteft à Principe pro libito revocari, quia eft non contra, fed præter jus commune & eft favorabile, *l.fin.ff. de conftit.princ.* & quòd beneficium non poffit revocari, probat *Cephal.in conf.342.num.40. & feq.* Secunda eft ratio, quia privilegium ob merita conceffum tranfit in contractum, *ut poft Bald. in d.l. qui fe patriis,tenuit Socin.in conf.58.n.9.vol.1.* & ante eũ *Rom.in conf.436.* & multos cumulat *Tiraq. in d.verf. donatione largitus,nu.14.* Anchor.*famil.q.57.nu.3.lib.2. Decian.*qui multos addit *conf.25.n.35,Ruin. conf.217. n.7.vol.1.Rolan.conf.76.n.12.& 14.Cravet. conf.963. numer.26.* Et quamvis tunc dicant Dd. privilegium tranfire in contractum quando vel conceditur non fubdito, vel datur fubdito quidẽ, fed accepto ab eo precio vel aliqua alia obligatione, quæ loco precii fuccedat, puta fi fubditus promittat certum quid facere *ut per Bald. in l. qui fe patriis & ponunt Natta in conf.511.num.9.& conf.512.n.14.* Peregr.*in loc.præcitato,n.28.* tamen id per modum exempli dictum eft, &

idem

ideo non excluditur casus, quando privilegium conceditur propter merita, ut per prædictos Doctores, quia quod datur in remunerationem, non procedit à mera & simplici liberalitate, sed ab ea obligatione, qua benefacienti tenemur benefacere, *l. sed et si lege*, §. *consuluit, ff. de petit. hered.* hinc donatio remuneratoria, non est donatio propriè, *l. si quis pro uxore*, §. *fin. ff. de donat. inter vir. & uxor.* & dicit. *Abb. in rubr. de donat.* quòd concedens videtur potiùs naturale debitum exolvere, quàm liberalitatem exercere, & talis recipiens immunitatem, dicitur habere causam onerosam, non lucrativam, quia solvitur sibi laboris merces, *l. si pater*, §. 1. *l. Aquilius regulus, ff. de donat. Surd. cons.* 419. *num.* 54. & quamvis *Natt. in cons.* 164. *& cons.* 511. velit, eum solùm actum dici onerosum, qui ultro citroque sit obligatorius, tamen errore capitur, quia etiam donationem Princeps non potest revocare, *Castrens. in cons.* 264. *num.* 16. *volum. Dec. in cons.* 468. *num.* 28. *Socin. Iun. consil.* 208. *num.* 3. *volum.* 2. *Bart. Bald. Angel. Oldr. Rom. Abb. Socin. Iason. Dec. Calcon.* & alii quos congerit & sequitur *Cravett. in cons.* 640. *num.* 19. *& in cons.* 894. *num.* 27. ubi addit *Ruin. Socin. Iun. & Capic.* ubi sustinet non esse curandum, quòd res sit collata ex lucrativo & oneroso titulo, si modo data fuit per contractum *Molin. d. lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 15. *&* 22. *Peregrin. num.* 26. Præterea Dd. omnes judicant onerosam donationem, quæ fit ob merita, & ideo dicunt, etiam propter ingratitudinem revocari non posse, *l. si pater*, §. 1. *ff. de donat. Abb. cons.* 3. *in* 26. *q. vol.* 2. *Roman. sing.* 520. *Rip. in d. l. si unquam, num.* 29 *vers. comprobatur*, multos addit *Tiraq. ibi in ver. donatione largitus, num.* 14. *vers.* & in simili, *Natta in cons.* 122. *num.* 14. *Roland. cons.* 76. *num.* 20. *vol.* 2. *Osasc. decis. Pedemont.* 139, *num.* 18. *Rimin. consil.* 556. *num.* 128. Hac etiam ratione *Ripa & Tiraq. d. locis post Angel. Roman. Alex. Cardin.* & alios multos concludunt,

eludunt, donationem factam in remunerationem servitiorum, non revocari propter filiorum nativitatem, & probant, quòd non dicatur propriè donatio, eadem ratione *Bald. in cons.* 355.*lib.* 1. dixit privilegium ob merita concessum esse reale & transire ad hæredes, sequitur *Anchar. in consil.* 327.*nu.* 3.*Socin. consil.* 59.*colum.* 3.*vol.* 1. *Tiraquell. d. ver. donatione largitus, num.* 48.*Menoch. lib.* 3.*præsumpt.* 103.*num.* 13. Et hoc in casu statur assertioni Principis attestantis de meritis in concessione privilegii, *Ias. in cons.* 101.*nu.* 15.*vol.* 4 *Natta cons.* 522.*num.* 31. *Decian. in consil.* 25. *num.* 38.*vol.* 1. nos enim hîc non sumus in prohibitis sed concessis, ideoq; ipsi concedenti creditur circa merita, *Bart. in l. ambitiosa, col.* 11.*ff. de decret. ab ordin. faciend. gloss. in c. pastoralis, in vers. exornare, ff. de offic. deleg. Dd. in c. primo de probat. Bald. in l. ex his verbis, C. de testam. milit. Alexand. in cons.* 34. *vol.* 4. *Roland. in consil.* 5. *num.* 22. *in* 1. *vol. Ludov. decis. Perus.* 3.*num.* 9. Imò etiam in prohibitis quoad asserentem & eius hæredes statur assertioni *Decian. d. cons.* 25.*nu.* 38.*vol.* 1 *nu.* 40.*Surd cons.* 419.*n.* 67.

† Præterea si Princeps promisit non revocare, sed perpetuò servare & servari facere privilegium, hæc specialis promissio operatur, ne etiam simplex & merum privilegium Princeps revocare possit, *Rim. in consil.* 556.*num.* 128. ubi dicit, quòd Princeps non potest venire contra fidem datam, *Cephal. cons.* 342. *num.* 66. & quæ in contrarium allegantur *per Nattam in consil.* 511.*num.* 4. procedunt, quando alii, quàm parti fuit promissum, nam si parti promisi non revocare procuratorem, tunc non poterit revocari, *Bald. in rubr. extr. de procurat. col.* 2. *Ias. in l. si non sortem, §. si centum, col.* 3.*ff. de condict. indeb. Roland. in cons.* 6.*nu.* 50.*vol.* 1. Et ista promissio dicitur jurata, si facta sit sub fide Principis, & operatur ac si verum juramentum tactis corporaliter scripturis fuisset adhibitum, *Sur.* 111

112 *conſ.419.n.68.in fin.* † Tandem ſicut Princeps non poteſt tollere immunitatem conceſſam per viam contractus, ita quoque non poteſt Princeps tollere immunitatem longiſſimo tempore præſcriptam, *Bellon.in conſil.35.in fin. & in conſil. 39.in fin. Ioan. Petr. Surd. conſ.262.n.65.*

113 † Ultimò & hoc notandum eſt, ubi Princeps non poteſt revocare privilegium, ibi non poteſt etiam minuere, *l.quod de bonis*, §.*fin.ff. ad l.falcid. l. ſi optio,ff. qui & à quibus*, & dicit *Bald.in titul.de pac. Conſtant.in ver.ſucceſſorum.* quòd ſicuti Princeps in totum non poteſt tollere jura vaſallorum, ita nec ea alterare, *Idem Bald.in conſ.326.n.9.Soc.Iun.conſ.74.nu. 20. vol.1. Natt.in conſ.408.n.8.Cravett.in conſ.463.n.16.* Utrunque enim, tollere ſcilicet aut minuere pendet ab eadem poteſtate *Surd.conſ.419.poſt n.45.*

114 † Quando privilegium conceditur non ſubdito, revocari non poteſt, *ut ex Innoc.nu.6.notat Abbas in c. novit, n.23.& Felin.nu.9.de judic. Abbas in c.ſuggeſtum, n.6.de decim.Imol.in c.fin.n.35.de ſolut.Lup.allegat,100. num.4.Roman.conſ.252.num.2. Abbas conſil. 32.& 45. lib.1.Cardin.conſil.147.num.5.Paul.Caſtrenſ. conſ. 156. Barbat.conſil.2.lib.4.Dec.conſil.407.num. 18. Gozadin. conſ.5.num.11.Purpur.conſil.580.nu.27.Rip.reſponſ. 12. nu.11. de diverſ.reſcript.Afflict.deciſ.361.nu.9.Roderic. Suar.allegat.28.nu.14.Rimin.Sen.conſ,462.nu. 1. Alex. conſ. 101.n.4.Loffred.conſ.38.nu.27.Alfonſ.Montal.ſuper ll fori,l.8.tit.12.lib.3.verb.no puede toller.col. 3.verſ.item not.quod privilegium Beſſ.tit.de principe, n.15.* Et hanc ſententiam proculdubio communem eſſe, licèt ipſe veram non arbitretur, dicit *Carol.Tap.in l.fin.ff.de conſtit.princ.c.11.n.57 ſecund.part.*

115 † Quoties agitur de forma impoſitionis collectarum, ſemper ſpectari debet, quomodo hactenus collectæ ſint impoſitæ. Solita & conſueta forma debet ſervari, *Bart.in l.1.C,de aur.coron.lib.10 & Iacob.de S.Georg.*

Quæ ſit forma impoſitionis collectarum.

S.Georg.in tr.de homag.n.52. † Et si civitati vel subditis ultrà vel præter antiquam formam collectæ imponuntur, jure id, quod est ultra vel contra consuetam formam, solvere recusant *arg.c.dilecti extr. de major. & obed.c.sanè, extr.de excess.prælat.c. cum consuetudinis extr. de consuetud. conset.l.cum satis 22.§.caveant, C. de agric. & cons.lib.11.* 116

† Et ob id inobedientiæ argui non possunt, nemo enim videtur dolo facere, qui jure suo utitur, *l.nullus videtur, ff.de reg.jur.* Et qui facit id, ad quod tenetur, licèt omittat id, quod non debuit, sed omittere potuit, de jure fraudem tamen non committit, *l. quia autem, §.apud Labeonem, ff.quæ in fraud. credit.l.nihil dolo, ff.de reg.jur.Henning.Goed.in cons.9.n.* 10. † MULTO MINUS possunt ideo puniri. Pœna ibi esse debet, ubi est delictum, *l.sancimus, C. de pœn.* & pœna delictum egredi non debet, *l.rescriptum, de his, quib. ut indign.C. quæsivit.in fin.de his, quæ fiunt à majori part. ca.Bald. in c. vasallus, n.3.si de feud.fuer.controv.inter dom. & agn.vasall.Ias.in l.si prius, vers.sed ita delictu, de oper.nov.nuncia.* & pœna est commensuranda delicto, *Panorm.in c.et si Cleric. ult. notab. de judic.* & judex non debet aliquid durius aut vehementius constituere quàm causa reposcat, & ubi nullum delictum est commissum, ibi nec pœna aliqua imponi potest, *Dec. in l.1.nu.67.C. qui amitt. in 3. lectur.* & nullam pœnam meretur id, quòd legitime factum est, *l.Graochus ad l.Iuliam, C.de adult.* & nemo damnum facit, nisi qui id facit, quòd facere jus non habet, *l. nemo damnum, ff de reg.jur.* 117 118

† Per capitulationem Electorum Imperii cum electis Imperatoribus caveri solet, ne fas sit Imperatori absq; statuum consensu, et necessitate urgente vectigalia aut tributa nova imponere vel vetera augere, daher hat die Keyserliche Majestät nit macht ein Stewer im Reich anzulegen / ohne vorgehenden Reichßtag vnd bewilligung der Reichsstände/ 119

120 wie auß allen Reichs abschieden ist zu sehen. † Idemque similiter in regnis Galliç, Poloniç, Hungariæ, Daniæ, Angliæ frequentari constat, ne scilicet absque ordinum consensu tributa imponantur.

121 † Sunt & quædam Provinciæ quæ non nisi ex ordinum consensu & pacto ad ejusmodi onera tenentur.

122 † Wann Chur: vnnd Fürsten deß Reichs / eine Stewer anlegen wöllen / ist fast allenthalben der Brauch / daß sie erst einen Landtag derhalben erfordern.

123 † Ejusmodi Provinciarum privilegiis & consuetudinibus standum est, neque ex moribus antiquis quicquam immutandum, *Petr. Heig. quæst.* 18. *num.* 7. *&* 9.

124 † Quando non apparet, quomodo hactenus collectæ sunt impositæ, forma & modus imponendi est, ut sanior & major pars subditorum convocetur & de necessitate occurrente admoneatur, prius quam collectæ exiguntur *Masver. in pract. for. tit. de tallius seu*
125 *collect. excub. & aliis imposition. num.* 2. *&* 4. † Cum consensu enim & judicio populi collecta est imponenda, *Archid. in c.* 1. *num.* 4. *de immunit. Eccles. Luc. de*
126 *Penn. ad l. unicam*, *C. de superind. lib.* 10. † Et collectæ sunt imponendæ per æs & libram pro modo facultatum, ut qui plus habet, plus solvat *ex l. forma, ff. de censib. & l. fin. de immun. nemin. conced. lib.* 10. *& ex gloss. in l.* 1. *C. de apoch. publ. lib.* 10. atque expresse docuere *Godofred. in l.* 1. *C. de mun. patr. Bart. in l.* 1. *num.* 26. *C. de mulier. & in quo loc. Bald. in l.* 1. *§. quod si nemo, ff. quod cujusque universit. nom. Ioan. à Plat. in l. indictiones, num.* 4. *C. de annon. & tribut. lib.* 10. *Lucas à Penn. in l. fin. nu.* 17. *vers.* 3. Considerandæ sunt vires, *C. de quib. mun. & in l. annona, num.* 2. *C. de ann. & tribut. libr.* 10. *Dec. consil.*
127 285. † In quo æstimo etiam lapides preciosi, annuli & similia appreciari debent, secundum *Lucam à Penn.*

Penn. in d. l. fin. num. 17. verſ. videtur autem Carol. Tap. in rubr ff. de conſtit. princ. c. 4. n. 44.

128 † Et non debet unus vel una pars, puta plebs, civitas vel provincia aliqua pręcęteris gravari, ſed debent omnes nobiles & ignobiles, divites & inopes pro modo facultatum æqualiter onerari, ſi commodum erit commune, onus etiam ſit commune, wann die Anlag allen Ständen gleichen Nutzen bringt/ als wann durch die Anlag wird Fried im Land erhalten/ vnd alſo alle Stände deß Landes daß Ihre behalten / ſo giebt auch die Vernunfft vnd natürliche Billigkeit/ daß das onus vnd beſchwerung allen Ständen zu gleich obliegt.

129 † Sanè ſi neceſſitas & periculum exigat, ut una Provincia, civitas vel pars ſubditorum collectas ſolvat, antequam cæteris ſubditis collectę imponi poſſunt, debent cæteri nihilominus poſtea contribuere, & ea contributione reſarcire damnum, quod tempore neceſſitatis paſſa eſt iſta Provincia, civitas vel pars ſubditorum, *arg. l. 2. ff. ad l. Rhod. de jact.*

130 † Exactio collectarum debet fieri cum charitate & paterna pietate, *cap. cum Apoſtolus, §. prohibemus, de cenſib. ex.* ne plus exigatur quàm neceſſitas requirit, & ne, ceſſante cauſa exactionis, collectæ nihilominus continuentur & durent, & ne novis indictionibus preſſi inopes, ad vetera tributa deficiant, aut ſi adjiciantur inſolita, ceſſent etiam conſueta; Et ne ob immoderatam exactarum licentiam, ad ſeditiones populus excitetur, quas ſæpè graves inde extitiſſe docent *Nicol. Boër. in tr. de ſeditioſis, nu. 31. Damhoud. in prax. crim. c. 99. n. 10.*

131 *De remediis quibus nolentes ſolvere collectas coguntur.*

† Si ſubditi tenentur ſolvere collectas & nolunt ſolvere, tunc domini ſubditos ad hæc cogere poſſunt mulctis, pignoribus, comminationibus, & præceptis ſolitis *Autor Deciſionum ſeu præjudiciorum Cam. Imper. lit. C. verbo. collectarum exactio. verſ. Ducis* L. B.

 conſi

132 *consiliarii supplicarunt* † POSSUNT etiam compelli of-
133 ficio judicis. † Dantur etiam domino, si turbetur, interdictum uti possidetis, *Menoch. de retin. poss. remed.* 3. *num.* 115. si deiiciatur sua quasi possessione, restitutoria remedia, officium judicis vel reintegrandæ, *ex c. reintegranda*, 3. *q.* 1. *Menoch. de recup. poss. remed.* 1. *num* 88.

134 † Si extraneus in alterius oppido, pago vel villa habet jus collectandi & dominus istius oppidi, pagi, vel villæ eum uti impedit, datur ei, cui hoc jus competit, actio confessoria per ea, quæ *Academ. Margurg. Doctor. in consil.* 30. *numero duodecimo*, tradunt.

135 † De eo an adversus subditos nolentes solvere collectas mandata pœnalia in camera impetrari possint, si dominus immediatè subsit Imperio, habet præcitatus *Auther. Decision. sive prajudiciorum Camer. Imper. lit. C. verb. collectarum exactio, hac verba.* Ducis L B. Consiliarii supplicarunt contra civitatem L B. narrando recessum 44. Von defensiff, item offensiff, item vom Vorrath vnd Bawgelt/ quæ sine omni expositione persolvi, & quod superiores à suis subditis colligere & exigere possint, sed d. civitas sæpè requisita nolit solvere & contribuere ipsis & superioribus, petunt mandatum decerni & impartiri, deliberatum est ex perpenso recessu Anno 44. an isto casu habeamus jurisdictionem juxta literas recessus, quia Cameræ non tribuitur jurisdictio, nisi quoad Fiscalem, non autem quoad privatos conquerentes, quia ordinaria via inter se agere debent, tanquam pro controversa possessione, & si aliquis superior sit aliquorum, qui nolunt solvere; tunc debitis viis & modis subditos ad hoc cogere possunt, scilicet mulctis, pignoribus, comminationibus, & præceptis solitis. Si isto casu Consiliarii Ducis asserunt civitatem L B. esse sibi subditam, ut Duces

non

non omnino illius potentes sint etsi civitas conveniatur, non potest alioquin, ut putarunt, alium judicem habere quàm Cameram, & ideo domini mandatum decreverunt cum clausula. Allegavit Zasius vidisse exemplum & casum, quòd etiam dominis contra suos subditos nolentes solvere & contribuere in hujusmodi collectis decreti sint processus citationis & mandatum, & maximè si tales subditi per se immediatè teneantur collectas dare. Quia hoc casu Fiscalis etiam contra eos procedere potest, id quod etiam sæpè ad petitionem superioris (qui aliâs non possit propria authoritate eos cogere) Fiscalis solus, vel unà cum superiore facit, quia recessum intelligit, ut se non solùm ad ipsos superiores & immediatè status, sed etiam subditos contumaces extendat.

136 † Contra eum, qui bona publicis collectis & exactionibus obnoxia non profitetur, exercetur actio commissi *Ludov. Fachs. in consil. 41. volum. 2. consiliorum illustriorum & celebriorum juris consultorum & diversarum Academiarum hujus temporis:* Licèt enim in odiosis & pœnalibus jura non debeant extendi ad casus non expressos, ratione tamen utilitatis publicæ lex odiosa & pœnalis extendi potest ad casum similem *Dyn. in regul. juris in sexto, Bartol. & Bald. in l. 2. §. exercitum, ff. quibus ex caus. irroget. infam. Ias. in l. si certis annis in prim. notab. C. de pact.*

137 † Si quis profitetur quidem rem, sed in fraudem minoris æstimat id tantùm, quod istam æstimationẽ excedit non tota res in commissum incidit per ea, quæ tradit *Villalob. in thesaur. recept. sentent. lit. g. num.* 3. Er wird nur der vbermaaß / was er zu gering angeschlagen / vberfüstig. Sed hic quæri solet, an is, qui ita æstimavit, cogi possit ut domino collectarum rem istam isto precio vendat? & verius est, quod non possit cogi propter *l. precia rerum, ff. ad l. falcid.* probat

 enim

enim regulariter ille textus, ubicunque quis suam rem æstimare debet, quod satis facit, si eam æstimat communi precio, etiam, quòd eam propter suum affectum ita vendere nolit.

TITULUS X.

De vectigalibus.

Zoll/ Fahrzinß/ Fahrgelt/ Brückengelt/ Weggelt/ Vngelt/ Acciß/ Zehend Pfenning/ Abzuggelt/ oder Nachsteuwer.

SUMMARIA.

1. *Vectigalia an sint ius regale?*

2. *Portoria & redditus qui ex portubus vel pro transitu pontis vel fluminis percipiuntur, sunt vectigalia.*

3. *Id quod pro avectione & invectione mercium datur est vectigal.*

4. *Vectigal venalium mancipiorum.*

5. *Vectigal rerum venalium, quò refertur vectigal quod per vino vendito solvitur* Vngelt Accise *& omne id quod pro qualibet mercium negociatione in nundinis vel aliis dependitur.*

6. *Vectigal iudiciarium sive eius summæ, de qua litigatur.*

7. *Reddi-*

7. *Redditus ex metallis, salinis, picariis, cretifodinis, cotoriis.*

8. *Vicesima hæreditatum, in cuius locum hodie successit decima illa quam his temporibus nonnullorum dominorum subditi cum familia aliò commigrantes, de rebus à se alienatis persolvere coguntur,* Zehend Pfenning/Abzuggelt oder Nachstewer.

9. 10. *Imperator potest imponere vectigalia non tamen semper, sed ita tamen si iusta subsit causa.*

11. *Quæ sint iustæ causæ imponendi vectigalia?*

12. *Si urget iusta necessitas in suis ditionibus potest imponere quilibet alius superiorem non recognoscens.*

13. *Ex principibus, comitibus & civitatibus superiorem agnoscentibus, etiamsi alia regalia habeant, nulli licet vectigalia nova, propriâ auctoritate instituere, nec vetera augere.*

14. *Superiorem agnoscentes possunt novum vectigal instituere vel vetus vectigal ex speciali privilegio vel concessione Imperatoris.*

15. *Superiorem recognoscens potest no-*

vum vectigal instituere vel vetus augere, si ex praescriptione tanti temporis, cuius non est memoria ius ipsi competit, ubi latè an requiratur aliquis & bona fides?

16. *Si quis carens potestate, instituat novum vectigal, quomodo puniatur?*

17. *Quomodo puniantur qui illicitè vel plus debito exigunt?*

18. *Quemadmodum vectigalia nova institui & vetera augeri non possunt sine auctoritate Imperiali, sic & ea diminuere sine tali auctoritate est interdictum.*

19. *An vectigalia possint locari?*

20. *Si Princeps aliquem eximit à solutione vectigalium, conductores vectigalium an possint Principi à pensione detrahere quicquid ille tenebatur solvere?*

22. *Res quae cadunt in commissum ad conductorem vectigalis pertinent, non ad dominum locantem.*

22. *Si post conductionem aut emptionem vectigalium contingat illa ex iusta causa augeri, ad quem vectigalium augmentum pertineat?*

23. *Qui teneantur solvere vectigal?*

24. *In dubio emptor non venditor solvit*

vit vectigal vel gabellas.

25. *Tenentur omnes ad solutionem vectigalium, nisi qui specialiter reperiuntur excepti.*

26. *Fiscus non tenetur solvere vectigal.*

27. *Navicularii non tenentur solvere vectigal.*

28. *Legati exterarum gentium non solvunt vectigal.*

29. *Ecclesiasticæ personæ habent immunitatem vectigalium in rebus propriis, in quibus exercetur nulla negociatio.*

30. *Ii qui in Academiis sunt, earumque sunt membra, habent immunitatem vectigalium.*

31. *Qui rem aliquam ab immuni comparavit, an gaudeat immunitatis privilegio?*

32. *Si caveatur lege vel statuto ut de quolibet contractu vel legato solvatur vectigal & fiat stipulatio vel promissio annua, non debetur, nisi unica tantùm gabella pro omnibus annis & per consequens debetur illi conductori gabellarum, qui erat tempore contractus, si verò fiat legatum annuum,*

nuum, gabella debetur pro quolibet anno, & per consequens illi conductori, qui fuerit in quolibet anno.

33. *An vectigal uni ex publicanis solutum, debitorem vectigalis liberet, & an unus ex publicanis in solidum petere possit?*

34. *De quibus rebus vectigal sit solvendum vel non?*

35. *Si exactores omiserint de certis aliquibus rebus exigere vectigal an præiudicent domino vel fisco?*

36. *Vectigal vel gabella non solvitur pro rebus, quæ usus proprii causa probantur vel vehuntur.*

37. *Vectigal non debet solvi pro rebus, quæ ad fiscum deferuntur.*

38. *Statutum disponens, quod de qualibet bestia vendita in loco certum quid solvatur communitati, an procedat in ea, quæ dilaniata & per frusta fuit vendita diversis personis?*

39. *Si vectigal vigore statuti est solvendum pro quacunque hæreditate, non habet locum hoc statutum in hæreditate paterna.*

40. *Concessa alicui facultate extrahendi bladum*

bladum non censetur concessa immunitas à solutione gabellæ.

41. *In statutis de gabellis non proceditur de similibus ad similia.*

42. *Statutum disponens ut de qualibet negociatione solvatur gabella, hoc statutum non comprehendit legatum.*

43. *Si est statutum ut gabella solvatur de rebus è territorio expectandis, statutum nullum habet locum, si res originaliter non è territorio transportatur, sed per transitum.*

44. *Stante statuto ut inventus portare frumentum extra districtum, id statutum etiam habebit locum etiamsi non perfecerit actum portandi extra districtum.*

45. *Si statutum est ut de omnibus contractibus vectigal solvatur, de contractu nullo non est solvendum.*

46. *Vectigal non est solvendum de promissione de vendendo.*

47. *Quando rescinditur vel annulatur contractus ex pacto de retrovendendo, vel legis commissoriæ vel adiectionis in diem, an vectigal rigore istius statuti sit solvendum?*

48. *Quantùm & quid debeat solvi pro vectigali?*

49. *Vtrum*

49. *Vtrùm id, quod tanquam vectigal solvitur, in pecunia consistat, an verò in ipsis speciebus præstari debeat?*

50. *Quomodo puniantur, qui vectigal non solvunt?*

51. *Et res quæ in commissum inciderunt publicanus aut fiscus rei vindicatione petere possunt & datur hæc rei persecutio adversus quoslibet possessores, ubi quid agens publicanus aut fiscus rei vindicatione ad res quæ in commissum inciderunt, probare debeat.*

53. *Res quæ non profitentur, in commissum incidunt sive ad nautam, sive ad vectorem vel alium pertineant; domino tamen mercium; si fraudis particeps non fuit, succurritur adversus nautam vel vectorem si ob culpam eius in non profitendo admissam merces confiscatæ fuerint: & si nauta solvendo non esset, an dominus sit restituendus ad merces soluto vectigali.*

54. *Res non professæ an in commissum incidant, si persona illa, quæ eam emit vel transfert ex privilegio à vectigalibus est immunis?*

55. *De rebus exemptis vel immunibus à vecti-*

à vectigalium præstatione libellus testimonialis seu scriptura aut schedula testimonium immunitati perhibens in loco telonii offerri debet, fraudis cavendæ gratia.

56. *Si de professione facta vel non facta inter telonarium & vectorem oritur contentio, telonario creditur, donec vector probat, se professionem legitimè fecisse.*

57. *Si quis aliqua quasi omnia profitetur, eo ipso reliqua negat & proinde incidit in pœnam commissi, nec potest pœnitere nec moram purgare.*

58. *Pœnam quoque fraudati vectigalis incurrit qui à recta via deflectens, telonium prætervehit.*

59. *An etiam forensis & istic loci vectigal esse solvendum ignorans in pœnam commissi incidat, si res non profiteatur publicano?*

60. *Si telonarii vident sibi non esse factam integram professionem, possunt merces retinere.*

61. *Si professio non fuit omissa, sed solutio tantùm, tunc res in commissum non incidunt, sed vectigal solùm, quod solvi debuerat;*

rat, in pœnam non ſolventis duplicatur.

62. *Si quis partem profitetur, partem tacet aut occultat, ſaltem res non profeſſas amittit, non reliquas.*

63. *Licitè portata non committuntur vel confiſcantur propter aliqua illicita & contra prohibitionem exportari tentata.*

64. *Si ſocius rem communem ſine ſocii voluntate non profiteatur, non profitentis ſola pars committitur.*

65. *Non incurritur in pœnam commiſſi eo caſu, quo publicanus remittit ſolutionem vectigalis.*

66. *Non incurritur in pœnam commiſſi eo caſu quando ob neceſſitatem adverſæ tempeſtatis onus exponitur.*

67. *Non incurritur in pœnam commiſſi eo caſu, quo publicanus decepit profiteri volentem, & in errorem induxit.*

68. *A pœna commiſſi milites excipiuntur.*

69. *Subvenitur quoque minoribus per reſtitutionem.*

70. *Actio commiſſi eſt actio in rem, ideoque quilibet poſſeſſor rei commiſſæ hac actione tenetur.*

71. *Poſt*

71. *Post lapsum quinquennii à die commissi computandum, res commissa peti non potest.*

VECTIGALIA † sunt jus regale, *c.unic. quæ sint regal.l.1.2.3.l.nov.vectig.instit.non poss.l.vectigal.ff. de publican. & vectig. c. innovamus. de censib. & c. super quibusdam, §.præterea, de verbor. significat. Bald. & feudist.in d.c.unic.quæ sint regalia, Specul.de caus.poss.§. 1. Bertachin.in d. tr. de gabell. impon. numero primo, Matth. Wesenbec.consil.45.num.45. Regner. Sixtinus in tract.de regalib.cap.8. Mynsing.cent.5.obser.29. Borcholt. in explicat.cap.unic.quæ sint regal. num. 45. Schrad. in tr.de feud. part.3.cap.4.num.38. Rosent.in tr.feud.cap. 5. conclus.33. n.1.& 2.* Idemq; in Comitiis Ratisbonę Anno 1576. ab ordinibus Imperii habitis, constitutionibus cautum est, §. dardurch dann & *§.seqq.*

1 An sint jus regale.

† Huc pertinent: Primò portoria vel redditus qui ex portubus vel transitu pontis vel fluminis percipiuntur, *l.si quis pro uxore, ff.de donat.inter vir. & uxor.l. cum in plures, §. vehiculum locat. l.3.C.de vectigalib.l.in lege, ff.de V.S.Ferrar.de feud.lib.5.c.7.Matth.de Afflict. ad c.unic.quæ sint regal.Ioan.Gœdd.ad l.inter publ.nu.8.ff.de V.S.* quæ vectigalia & pedagia vel pedatica & guidagia appellantur, Germanicè Fahrgelt/ Fahrzinß/ Brückengelt/ Weggelt.

2 Quotuplicia sint regalia.

3 † Secundò, id quod pro avectione & invectione mercium datur, *l.ex præstatione.C.de vectig.* 4 † Tertiò vectigal venalium mancipiorum.

5 † Quartò vectigal reliquarum rerum venalium, quo est referendum vectigal quod pro vino vendito solvitur Ungelt/ Accise/ & omne id, quod pro qualibet mercium negotiatione in nundinis vel aliâs dependitur. 6 † Quintò vectigal judiciarium, sive eius

 summæ,

ſummæ, de qua litigabatur, cujuſmodi vectigal Caroli noni Regis Galliæ quoq; edicto Gallis imperatum eſſe, idq; eo conſilio factum, ut effrænata litigantium licentia cohiberetur, & lites minuerentur ſcribit, *Bodin. de Repub. lib. 6. c. 2.* ubi annectit, hoc vectigal judicum ac magiſtratuum, quibus delitium quæſtu detrahebatur, aſſiduis precibus ſublatum eſſe, vix ullum tamen afflictis ærarii opibus & Regno Galliæ innumerabili litium multitudine oppreſſo,

7 ſplendidius excogitari potuiſſe. † Sextò redditus ex metallis, ſalinis, piçariis cretifodinis, cotoriis; *l. inter*

8 *ff. de verb. ſignif.* † Septimò viceſima hæreditatum & eorum qui manumitterentur, quod vectigal teſte *Dione lib.* 55. in Actis Anni 759. apud Romanos locupletandi ærarii cauſa extraneis hæredibus, non inopibus, irrogatum eſt, in cujus locum hodiè ſuccedit, decima illa, quàm his temporibus nonnullorum dominorum ſubditi cum familia aliô commigrantes, de rebus à ſe alienatis perſolvere coguntur, & noſtra Germanica lingua nominari ſolet, Zehen Pfenning abzug Gelt oder Nachſteuwer.

Quis poſſit vectigal imponere?

9 † Vectigalia poteſt imponere Imperator, *l. 1. & 3. C. de vectig. Mynſ. 5. obſer. 29. n. 1. Borch. ad c. unic. quæ ſint reg. n. 48. Clar. in §. feudum, q. 29. n. 1. Villalob. in comm. opin. lit. V. n. 9.*

10 † Non tamen ſemper ſed ita demum, ſi juſta ſubſit cauſa *Iſern. & Matth. de Afflict. in c. quæ ſint regal. Luc. de Penn. in l. 1 C. de ſuperind. libr. 10. Dd. & Profeſſores Marpurg. in conſ. 7. n. 23. vol. 1. Roſent. in tr. feud. c. 5. concluſ. 44. n. 5. Roland. à Valle conſ. 91. n. 22. vol. 2. & conſil. 34. n. 26. vol. 3. Mynſ. obſerv. 31. nu. 3. cent. 5. Pariſ. de Puteo. de feud. reintegr. c. 14. nu. 15. Petr. Gregor. Tholoſan. in*

11 *Syntagm. jur. univerſ. c. 3. n. 1 lib. 3.* † Juſta verò cauſa eſt defenſio itemq; tenuitas patriæ, cui aliter ſuccurri non poteſt, vel publica utilitas, puta, quod aliter planum & ſecurum iter præſtari non poteſt, vel ſumptuum

ptuum magnitudo in reficiendis viis & instituendis portibus, *l. 1. C. nov. vectig.*

† Similiter, si justa urget necessitas, in suis ditionibus potest imponere quilibet alius superiorem non recognoscens, superiorem enim non recognoscens jura Principis habet, & sibi Rex, sibi Imperator est *Petr. Frider. de mandat. lib. 2. cap. 43. conclus. 3.* & in omnibus, quoad suas ditiones Imperatori æquiparatur, *Bart. in l. 1. §. de qua, ff. de postulat. Bart. in l. 3. ff. de minor. Bart. in l. infamem, ff. de public. jud. & l. hostes, ff. de capt. & postlim. revers. Bald. in l. receptitia, C. de constit. pecun. Bald. in l. exemplo, C. de probat. Alex. consil. 2. num. 9. lib. 1. Ias. in l. 1. C. quand. libell. princip. oblat. fac. lit. contestat. Ias. in l. à Iudice, C. de judic. Ias. in l. ex hoc jure, ff. de just. & jur. Dec. in l. 1. ff. de offic. eius, cui mandat. est jurisd. Albert. Brun. consil. 45. num. 19. Aym. Cravett. consil. 135. numero secundo, Roland. à Vall. consil. 29. numero vigesimo sexto, & in libro quæstion. de lucro dot. quæst. 3. numero octavo, Ruin. consil. 175. numero vigesimo secundo, libro primo, Thom. Grammat. consil. civil. consil. 103. num. 3.* 12

† Verùm ex principibus, comitibus & civitatibus superiorem agnoscentibus, etiamsi alia regalia habeant, nulli licet vectigalia nova propria auctoritate instituere, *l. 1. 2. & 3. C. nov. vectig. institui non posse, l. vectig. de public. & vectigal. c. innovamus, de censib. & cap. super quibusdam, §. præterea, de verbor. signific. Bartol. in l. vectigalia, ff. de public. & vectigal. Afflict. in c. unic. in verb. vectigalia, num. 2. quæ sint regal. Mynß. observ. 29. num. 4. cent. 5. Laudens. in tr. de Principib. tit. de fisc. conclus. 33. 56. & 68. Cuman. consil. 168. Imol. consil. 121. incip. in causa quæ vertitur, numero tertio, Boss. in titul. de regalib. num. 28. & in titul. qui vectigal. impon. poss. nu. 4. Claud. Seysell. in specu. feud. rub. qui feud. dar. poss. fol. 114.* Et quod superiorem recognoscens non possit imponere vectigalia nova, communem tradit, *Curt. Iun. consi. 124.* 13

Soarez.in thesaur.comm. opin. lit. V.num. 4. *Schrader.de feud.part.* 3.*num.*4.*& num.*40.*Rosenth.in tract.feud.cap.* 5.*conclus.*44.*num.*2.*& in l.* 2. *C. vectigal. nov. instit.non poss.* negatur decreto etiam civitatum ab iis, qui superiorem recognoscunt institui posse nova vectigalia. Et quod de novis non instituendis est dictum, ita intelligi debet, ut etiam vetera & solita sine permissu Imperatoris non augeri debeant, nam quatenus vectigalia antiqua augentur, eatenus sunt nova, & pari passu cum novis ambulant, *l.vectigalia, ff. de public.Salicet.in l.*2.*C.nov.vectig. Azo ibidem in summ.Bertachin.de gabell. in princ. num.* 12. *Ferret.in simil. tract. num.*84.*Mollin.in addit.ad Dec. consil.*4. *verb. nunc duo. Roland. à Vall. consil.*42. *numero.* 12. *vol.* 3. Dissentit *Alciatus consil.* 22. *num.* 4. *vol.* 5. ubi vult jus augendi antiqua vectigalia 10. aut 20. annis præscribi, cùm jus instituendi novum vectigal non minore quàm immemoriali tempore præscribatur, sed hanc Alciati opinionem esse falsam apparet ex iis, quæ jam sunt dicta. ut dicit *Rosent: in tr.feud. ca.* 5. *q.*45.*post n.*5. si Doctores ab Alciato allegati: nempe Salicetus, Raphael Cuman. & Bertusinus attentè inspiciantur, videantur loqui in casu ubi non constabat, quãtùm erat licitum exigere, tum enim manendum esse in eo, quod diu obtinuit. Et ita in Comitiis Ratisbonæ ab ordinibus Imperii habitis constitutionib. cautum est, §. dardurch dann & §.*seqq.* ubi disertè non tantùm vetatur, ne privata auctoritate alicujus ex ordinibus Imperii nova vectigalia instituantur sed etiam ne vetera augeantur, & ut hac in parte abusui eò magis occurratur omnibus ordinibus Imperii in singulis provinciis sive circulis etiam nominatim & circulorum capitaneis mandatur, ut sedulò inquirant, an, ubi, & qua ratione nova vectigalia instituantur, vel etiam vetera augeantur, quocunque tandem prætextu hoc fiat.

Atque

Atque hæc res adeò est odiosa, adeoq; publicæ utilitati, legibus & constitutionib. Imperii repugnat, ipsoq; jure nullum censetur, quicquid ejus rei fit, ut mandata etiam sine clausula adversus eos, qui talia moliuntur, obtinere possint, & sic quasi ab executione possit inchoari & sic quotidiè in Camera Imperiali wann alte Zöll erhöhet / oder neuwe angerichtet / sine consensu Imperatoris mandata sine clausula decernuntur, vmb abschaffung derhalben unà cum mandato restituendo.

PEREGRINUS quidem *de jur. fisc. tit. 2. de iis qui jur. fiscal. habent, num. 76. lib.* 1. tenet quod Duces Comites & alii regalia habentes, etiamsi superiorem recognoscant, sine permissu Imperatoris, modò adsit justa causa, possint nova vectigalia instituere vel vetera augere & nititur isto fundamento, quod sint loco Principis, sed si hoc verum esset, intelligeretur solùm respectu suorum subditorum, non autem forensium, *Rosent. in tr. feud. c. 5. conclus. 44, n. 5.*

14 † Etsi verò quilibet superiorem recognoscens, nequeat regulariter propria auctoritate instituere nova vectigalia & vetera augere, potest tamen ex speciali privilegio vel concessione Imperatoris, *l. 1. C. nov. vectig. instit. non poss. l. ult. C. de vectigal.* nisi ista concessio vel privilegium per sub: & obreptionem fuerit impetratum, ut si fortè supplicans subticuisset locum, ubi vult exigere vectigal, aliis vectigalibus esse gravatum, aut simile quicquã, quod si fuisset expressum, Imperatorem in diversam sententiam movere potuisset, *l. præscriptione & ibi notat. cum legibus, sequentibus, C. si contra jus vel utilitat. public. Mynsing. cent. 5. obs. 31.* Hinc refert *Rosenth. in tr. feud. cap. 5. conclus. 44.* se vidisse insignes juris consultos cuidam civitati Imperiali, dum vellet auctionem vectigalis obtinere, consuluisse, quod conquererentur multorum pontium refectionem sibi incumbere, adeo, ut

id ex parvo illo vectigali vulgò auß dem geringen Weggelt / præstare non possent & ad rei istius probationem commissarios peterent, qui ex oculari inspectione, aliisque probationibus informati, ad S. Cæsaream majestatem referrent. † Similiter potest, superiorem recognoscens, novum vectigal instituere vel vetus augere, si ex præscriptione tanti temporis, cujus non est memoria, tale jus ipsi competit. Nam præscriptio tanti temporis, habet vim privilegii etiam in reservatis Principi, *C. super quibusdam, §. præterea, de verb, signif. gloss. in cap. innovamus in verbo Regum, de censib. Bartol. in l. quo minus in 2. quæst. versic. item habet licitè, ff. de flumin. Bartol. in l. si publicanus, §. in vectigalibus, & in l. vectigalia, ff. de publican. & vectigal. Abb. in cap. super quibusdam, versic. in gloss. in verb. non extat, & in consil. 94. colum. 1. versic. sed his non obstantibus volum. 1. Abbas in cap. cum nobis, de præscription. & in cap. quod translationem, in 2. notab. de offic. delegat. & in cap. cum contingat. versic. quædam sunt reservata, de form. compet. Alexand. consil. 35. versic. & etiam consulo, volum. 2. Isern. in cap. 1. §. præterea ducatus, numero decimo sexto, de prohib. feud. alien. per Frider. Martin. Laudens. in tr. de Principe, quæstio. 171. Socin. in consil. 7. numero quarto, volum. 3. Ias. in consil. 208. versic. tamen ea. vol. 2. Bald. in l. 1. colum. 1. versic. sed in casibus, & in versic. tamen benè præscribitur, C. ne rei domin. Anchoran. consil. 142. Anton. de But. in c. per venerabilem, colum. 13. versic. item nisi videtur dicendum, qui fil. sint legit. Aretin. in l. more, colum. 2. vers. sed contra hoc facit, ff. de acquir. hæred. Bertachin. in tr. de gabell. in 1. quæst. num. 26. & seq. versic. 10. quæro, Guid. Pap. consil. 56. in princ. Signorol. in consil. 249. colum. 4. versic. item cursus tanti temporis, Paris. in c. cum nobis, numero quarto, de præscript. Franc. in cap. 1. in 2. notab. de consuetud. libr. 6. Curt. Iunior. consil. 20. numero sexto, & consil. 61. Dec. consil. 271. numero tertio, & consil. 496. num. 5. Lofred. consil. 40. num. 48. Paris. consil. 101. num. 6.*

num.6.volum.1.& consil.27.num.31.& num.78.vol.1, & alii relati *ab Antonio Gabrielio in com. conclus.libro 5, de præscriptionibus conclus. 1.num. 3. Regnar. Sixtin. in tr. de regal.cap. 8.num.18.Isern.num.16.Bald.num. 3.& 4. Prapos.num. 5. Afflict.in verb.vectigalia,num. 5. in ca.un. quæ sint regal.Schneidw.de feud.part.2. num. 113. Iacob. in verb.& cum mero,numero decimo nono,& 21. Roland. à Valle consil.91.num. 12.& seq. volum. 2. Mascard. conclus.835.num.4.& 5 in fin.volum.2..Alciat.in consil. 22. num.4.& 5.in fin.volum.2. Alciat.in cons.22.num.8. lib. 5.Corn.consil.268.num.19.volum. 4. Nicol. Mozz. tit.de naturalib.feud.num.64.Menoch.consil. 21.num. 19.20. volum.1.Covarr.in cap.possessor.p.2.§. 3.num.1.2.3.Zas. consil.16,num.12.volum.2. Anchor. consil. 142.num.3. Myns.cent.3.observ.29.num.6.Rosenth.in tr.feud. cap. 5. conclus.* 45. Et quamvis nonnulli existimant, non modo tantum temporis cursum exigi, sed & præterea requiri jussum aut titulum ab Imperatore, *Accurs. in l.munus,ff.de verb.significat.Cyn.in l. 2. C. nova vectigal.per l.ult,C.eodem,* tamen hanc opinionem, interpretes communiter improbant, asserentes alterum ex his sufficere, vel quod jussio sive concessio Principis interveniat, vel antiqua consuetudo *Rosent. in tr. feud.c.5.conclus.45.Myns.cent.5.obs.29.* Et hæc posterior sententia, quod *l.ult.C.nov.vectig.* sit intelligenda disiunctivè nõ conjunctivè observatur in Camera *Rosent.& Myns.d.loc.* Et consuetudo tanti temporis cujus initii memoria non existit, habet vim tituli, *l. hoc jure,§.ductus aquæ,ff.de aqua quotid. & æstiv. c. 1. de præscript.in 6.l.si quis diuturno,ff.si servitus vindic.gl.in c. super quibusdam,§.præterea,in verb.non extat, de verb signific.gloss.in cap.fin.in verb.usque ad hoc tempus, 18.quæstione 2.Hostiens.in cap.pervenit, versic. illud tamen videtur,& ibid.Iohann.Andr.versic.dicit Hostiens. & ibi Anton. de Butr.versic.quando probatur, & ibi Abbas vers.2. casu,de censib. Abb.in cap. super quibusdam, circa finem,*

versic.in gloss.in verbo non extat.de verb.signific.Innocent. in cap.si diligenti, versic.secus si essent talia, & ibi Cardinal.circa fin. versic. videtur tamen, & ibi Bald. & alii in final. verb. de præscription. Bart. in l. cum de in rem verso, versic. veniamus ad secundum, ff. de usur. Ias. in l. quominus, versic.intellige tamen, ff.de flumin. Paul.de Castrens.in l.si certis annis, C. de pact.Corn.consil. 168. versic. item si probatur, volum.4. & consil. 24. versic. quod maximè dicendum est volum.4. Alexand.in consil.70. versic. & si dicatur, & consil.71.versic.sed contra hanc tertiam, volum. 4. & consil 78.num.14.volum.6.Ias.in consil 209. vol.2. Dec.consil.271.num.3.Gozadin.consil.8.num.17.Lofred. consil.40.num.42.Marian.Iun.consil.76.num.54 & 56. Bertrand.consil.120.num.3.volum.2. Paris. consil. 111. num.43.& 49.vol 1.& consil. 27.num. 77. vol.1.Cravet.de antiq.tempor.in 4.part.num.127.& 147. ADEO UT STANTE CONSUETUDINE TANTI TEMPORIS ALIUS TITULUS NON SIT PROBANDUS, QUIA PRÆSUMITUR, *Archidiac.in cap.1.in fin.super gloss. in verbo non extat, & ibi Dominic. versic. quæro quare de præscript.in 6. Cyn.in l.si certis annis, in 12. quæst.C.de pact.Imol.in l.si publicanus, §.in omnibus, vers. & bene facit, ff.de publican.Ioan.Monach.in cap.1.in fin.de præscript.in 6.Bald.in consil.352.volum.1. Cardin. consil. 118.Corn.consil.268.volum.4.Alexand.consil. 6. vol. 1. & consil.198. versic. ubi etiam ostendi, volum. 2. Ias.in §. omnium, num.72.instit.de actionib. Felin. in c. cum nobis, vers. præterea secundum, Curt.Iun.cons.61. Paris. cons.27. n.80.vol 1.& alii relati ab Anton.Gabr.lib.5.de præscrip. conclus.1.n.45.*

Quia in hoc casu titulus probatur probatâ consuetudine tanti temporis *Anton. de But. in cap. pervenit, versic.& adverte quia, de censib. Paul.de Castr.in l.servitutes, la 3.vers.& alius intellectus, ff. de servit. Salicet. in l. vectig. vers.putarem in practic.C.nov.vectig. Felin.in c. cum nobis, vers.præterea secundum Imol.de præscript. Aret cons.15.*

conſ.15.verſ.habet curſus. Alex.in conſ.198.verſ.ubi etiam oſtendi.volum.1.Abb.in conſ.7.verſic.item præmitto, vol. 2.Florian. in l.cum de in rem verſo, verſic. eadem gloſſ.ibi obligationum ferè,ff.de uſur. Et non ſolùm in hac præſcriptione titulus non debet probari, ſed nec etiam debet allegari.*Hoſtienſ.in c.ſuper quibuſdam, §.præterea in fin.verſic.nota diligenter, poſt gloſſ. ibi in verbo, non extat, & ibi Cardin. in fin. verſic. quæro nunquid, de verb. ſignific.Anto.de Butr.in c.per venerabilem,colum.13.verſic.mihi videtur dicendum, & ibi Præpoſ. colum. 96. verſ. credo tamen qui filii ſint legit. Innocent. in cap. ſi diligenti, colum. 2. & ibi Bald.in fin.de præſcript. Bald. in tit. de pac. Conſtantiæ,colum 4.verſic.ab antiquo,ibi, & ſcias quod in præſcribendo. Paul.de Caſtrenſ.in l.ſi certis annis, colum. 1. verſ.5.& ultimo oppono, & ibi Iaſ.colum.fin.verſic.10.limit.C.de pact.Freder. de Sen. conſil. 234. colum. 2. verſic. maximè autem, Abb.in conſ.7.colum.4.vol.2.Ioan.Fab.in §.æque,inſtit.de act.Socin.in conſ.127.colum.pen.verſic.& eſt caſus,volum.1.& in regula 373.in 1.fall.in fin. Corn. in conſil.168.colum.11.verſic. & pro claro, volum.4. Alexand.conſil. 6.colum. 1.verſic. & neutro caſu, volum.1. Calder.in conſil. 1. in princip.de libell.oblat. Guido Papa quæſt. 408.in fin.Fran.in ca.1.in 2.notab. de conſuetud.in 6.Balb. in tr. præſcript. in 6. quæſt. ſecund. part. tert.part. princip.num.28 Barbat.conſ.35. colum. 3. verſ. quinimò plus,volum.2.Afflict.deciſ.239.in fin. & deciſ. 324. num. 6.Caſſ.conſil.34.num.7 & in conſuet. Burg fol. 2. colum. 1.verſic.adde quod tale tempus.Cardin. conſil. 118. num. 14.Bertr.conſil.69.colum fin.verſic.habet enim uſus, vol. 3.in nov.Lofr. conſil. 40. num. 38. Goz.conſil. 8.num.37. Aymo* qui dicit iſtam veram, & communem opinionem *in tr.de antiq.temp.in 4 part.num.*148. Et hanc dicit communem *Anton. Gabriel. lib. 5. de præſcript. concluſ.1.poſt num.*48. Contrariam opinionem tenent *Alex.conſ.70.col.4.verſ.accedat ad hoc, colum. 4. Cæpoll. in tr.de ſervit.urb.præd.cap.19.col. 8. verſ ſi autem ſcit. &*

Felin.in c.accedentes,col.5.verſ.ſi diceres,de præſcript. & *in c.cauſam,col.3.verſ.puto ſuſtentabilem, eod.tit. Curt. Iun. in conſ.185.num.18. Purpur.in l.imperium, num. 192.ff. de juriſd.om.jud.* Aliqui volunt, quod quis non teneatur in ſpecie allegare titulum in hac immemoriali præſcriptione, ſed quod quis benè in genere teneatur allegare petita per ipſum ſibi deberi ex juſta & legitima cauſa. Ita declarat *Claud.in l.more, colum.4. verſ.eſt verum, quod non eſt neceſſe, ff. de juriſd. omn. jud. Bertr.* qui hanc dicit communem opinionem *conſ.38. in princ.vol.1.in antiq.* ET PRÆSUMPTIO TITULI, QUÆ INSURGIT EX CURSU TEMPORIS eſt JURIS ET DE JURE ET PROPTEREA non admittit probationem in contrarium, ita *Anton.de Butr.in c.pervenit, col.18. verſ.ad tertium, ibi videtur, de cenſib. Felin.in c. cum nobis, col. 3. verſ.ſcias etiam, de præſcript. Ioan.Ant. Alex.conſ. 13. col. 2, verſ.* & *ſi iterum dicatur, Goz.conſ.8.n.37. verſ.imò ſecundum Fely. Caſſa.conſ. 34. num. 7.* & *in conſuet. Burg. fol. 370.col.2.verſ.imò probata. Mari.Iun.conſ.115.num. 38.* & *ſeq.vol.2. Aym.de antiq.temp.in 4.part.num. 155.* & *num.165.* Contrarium tenet *gloſſ.in c.1.in verb.niſi, de præſcriptio.in 6.* & *ibi Franc.col.fin. verſic. 2.not. Deciſ. Neapol.168.num. 9. in antiquis, Barbat. conſ. 41.col. 11. verſic.* & *ſi quiſpiam reſpondeat. Fely.in c.de quarta, colum. pen.verſ.conſidero duo, de præſcript. Cepol.in tr.de ſervit.urbanor.præd.cap.19.colum. 3. verſic.* & *ideo non credo. Zaſ. conſ.16.num.51.volum.2. Pariſ. hoc tenet expreſſe in conſ. 27.num.120.vol.1.* & *in conſ.13.num.23. eod.vol.1.* & *in conſ.13.num.23.eod.vol.* Has opiniones concordat *Ant.de Butr.in c.pervenit, verſ.mihi videtur, de cenſibus,* quod aut deducitur tempus tanquam cauſa inducens, & tunc non admittit probationem in contrarium, aut tanquam cauſa declarans, & tunc recipit contrariam probationem, &c. & idem voluit *Milis in verb.præſcribi an poſſit jus exigendi pedagium.* TENENT ETIAM ALIQUI QUOD IN PRÆSCRIPTIONE TEMPORIS

IMME-

IMMEMORIALIS NON NECESSARIA BONA FIDES, *Salicet.in l.2.col.fin.C.de servit.Bald.cons.352.col.2.vers.imò nec de bona fide,vol.1.Card.cons.38.nu.7.Alex.in disput. incip.Sigismund.col.15.vers.vel dicas, & col. 21. vers.vel dico licet.Iacob.in tr.de Homag. col.5. Ias.cons. 209.vol.2. Dec.in l.traditionib.n.12.C.de pact.& cons.638.col. 1. & cons.496.n.5.vers.similiter bona fides,Cass.cons.34.nu.7. & in consuet.Burg.fol.28.colum.1.vers.nec.etiam requirit, Boer.decis.39.n.6.in fin.vers.ideo dicit Salycet.* Contrarium quod bona fides in præscriptione immemoralis temporis sit necessaria, voluit *gloss.in cap.1. in verb. Nisi, & ibi Franc.colum.fin.vers.2.nota, de præscript.in 6. Bald.in consil.370.colum.fin.vers.non obstat ea, & col. 1. versic.item in ista, volum.3.Abb.in ca.fin.in fin. de constitut.Ang.Aret.in §.furtiva, cons.13.num. 14. Guid. Pap. consil.91.n.5.Calca.cons.52.& cons.6.col.fin. vers.& exceptio.Soc.in cons.187.col.penult.vers.3.ratione, Zas.cons. 16.nu. 51.vol.2.Dec.Neap.368.num.9.& seq. in antiq. Dec.Neap. 4. in nov. num.22. Balb. in tr. præscriptio. in 6. quæst.secund part.tert.part.princ.num.30.Rocc.in tr. juris patro.in verb.ipse,vel is,à quo,in 36.quæst.versic. comprobantur etiam præmissa, Anchar.consil.82.colum.3. versic. non obstat*, & hanc dicit commmunem opinionem, *Alex.in l.cum aliquis,C.de jur.delib.Hisp.in c.per vestras, fol.27.colum. 4. vers. idem clarius, de donat. inter vir. & uxor.Rip.in c.cum Ecclesia Sutrina, num 99. de caus.poss. & prop.Paris.in cap.fin.num. 17. de præscript. Paris. consil. 27.num.116.cum pluribus seq.& num.137.& cons.101. num.111.& cons.112.n.34.& cons.104.n. 123. & seq. volum.1. Aymon consil.146.numero secundo, versic.adeo præmissa, & in tr.de antiq.in 4.part.num.168.* ALIQUI ITA DECLARANT, UT PRÆSCRIBENS non arctetur ad docendum de bona fide, sed sufficiat eam allegare, *Alex.cons.6.vers.nec etiam, vol.1. & cons.198. vers.ubi etiam ostendi.vol.2.& in disput. incip. Sigismund. col.14.vers.& in tali præscriptione, col.31.vers.& maximè,*

Rip.

Rip.in c.cum Ecclesia Sutrina,num.99.de cauſ. poſſeſſ.proprie t.Curt.in tr.feud. in 1.part.colum. 4. verſic. & ideo pro iſta communi.Bertr.conſ.69.colum.fin. verſic. habet enim uſus,volum.3.in novis,& conſil.81. col.fin. eod. vol. Pariſ. conſil.27.num.81.volum. 1. Planè præſumptio bonæ fidei, quæ ex curſu temporis immemorialis inſurgit probationem admittit in contrarium, & ideo quando mala fides poſt deinde probatur vel per inſtrumenta vel per teſtes, ſeu per alias legitimas probationes præſumptio bonæ fidei ceſſat, ut declarat *Cravet.in conſ.146.& in tr.de antiq. in 4.part.num.169. verſ.ſed iſta reſponſio poſt alios ibi per eum allegatos.* Solet hîc etiam diſputari, de ſcientia Imperatoris an oporteat probari, Imperatore ſciente, hæc jura per tempus immemoriale fuiſſe poſſeſſa? Multi ſunt in illa ſententia, ſcientiam Imperatoris requiri. Hoc ſentit *Bald.in d.c.1.num.3. quæ ſint regal. & conſil.370. verſ.item quia debet,vol.3.Rom.in l.1.§.deniq3,num.5.& ſeq.ff.de aqu.& aqu.pluv.arcend.Bertr.conſ.66.volum.3. Carol.Ruin.conſ.45.verſ.ſed dato etiam,vol.4.* & ſic deciſum eſſe refert, *Afflict.deciſ.Neapol.57.* & videtur velle *Cravett.de antiq.temp.part.4.ſect.abſolutis, num.14.& ſeq.* quia,inquit,incorporalium poſſeſſione ſcientia & patientia eius eſſe nequit. Sed tamen videtur admittere ſcientiam officialium ſufficere. Alii, preſidis vel magiſtratus loci ſufficere. Hanc ſententiam amplectitur *Bart.in d.l.ſi publicanus,§.in omnib.ff.de public. & vectigal.* & huc magis inclinare videtur, *Iaſ.in d.l. imperium,& Balb.d.p.2.p.5.princip.quæſt.3.num.8.Citans Card.Imol.Panor.in c.cum contingat,de for.compet. Idem Balb.de loco quæſt.4.num.2.*communem & veram dicit, *Imol.in d.l.1.§.denique,colum.3.verſic. nunquid civitates.de aqua quotidian.&c.practic. Papiens in form.libell.*quando agitur actione negat, *§.plenam & omnimodam juriſdictionem,num.15.Alex.conſil. 125.num.1. lib.2.*(ubi tamen verè non decidit, ſed id ponendum conſu-

consulit, ut tutius) *cons.24.n.26.l.5.Loffred.d.cons.40. num.49.* (non requirit, sed sufficere dicit) idem dicũt *Alban.cons.64.n.51.Anton.Capic.in investit.feud.verb. feudorum divisio, ampl.2.* & de communi testatur *Burs. cons.104.num.10.cons.158.n.12.Gabr.d.conclus.1.num.* 164. & hanc sibi videri veriorem, in his juribus incorporalibus, jure communi resistente testatur *Molin.ad.d.cons.6.Alex.sub num.3.* Sed receptior & verior videtur esse opinio, quòd non requiratur, ut id probetur; verùm quod effluxo tempore immemoriali Imperatoris scientia præsumatur, *Ant.Gabr.Rom.d. tit.de præscript.conclus.1.num.62.plures allegans, Cravet. d.p.4.§, absolutis, num.13.& seq.* simpliciter quod non requiratur scientia Imperatoris, tradit esse veriorem & magis communem *Alexan.d.consil.6.num.4.libr.1. Curt.Iun.d.cons.158.num.12.* quem sequitur *Ias.in d.l. imperium, num.21.* communiter contrariam Bartoli reprobatam esse attestans, *ff.de jurisdict.* & nominatim *Ægid.Boss.d.tit.de regalib.d.num.21.Curt.Iun.par. 1.q.1.num.8.Iacobin.de verb.cum mero, num.19.* docet esse communem, *Balb.d.p.2.5.part.princ.d.q.3.num.8. Dec.cons.468.n.5* veriorem & magis communem referens *ex Alex.d.cons.6.& cons.496.num.5.Cravet.cons. 54.n.8.* ac idem dicit *Roland.à Vall.consil.91.num.15. vol.2.* & plurimos citat. Et idem testatur *Anton.Gabr. Rom.d.conclus.1.de præscript.num.61.libr.5.Borcholt.d. tit.de regal.num.16.Myns.obs.3.cent.5.Tiraq.tr.de nobil. c.14.num.4.Laur.Sylv.de feudi recogn.q.1.num.27.* Accedit, quod hæc præscriptio vim privilegii, ex certa scientia concessi habere dicatur, *d.c.cum super quibusdam, §.præterea, & ibi Canonist.de verb.significat.l.hoc jure, 3.§.ductus aquæ, ff.de aqu.quotid.& æst.l.2.de aqua & aquæ pluv.arc.Paris.cons.114.num.14.volum.1. Balb.1 p.3.p.principal.q.6.num.1.ex communi.Vivi.lib.1. opin.242.Anton.Gabr.Rom.d.conclus.1.d.nu.3.Eman. Soarez.in lit.P.num.223.vim legis, Gabr.d.loc.num.74.*

constit.

constit. ibid. num. 65. dixi & *cap.* 4. ac sæpius. Sed ad hæc omnia pro contraria opinione responderi posset; modo Imperator sciverit, *Zas. d. consil.* 166. *nu.* 13. *volum.* 2.

Verùm hæc quæ diximus de vectigalibus, quæ nondum sunt in rerum natura, per præscriptionem constituendis sunt intelligenda: si regalia jam sint formata & alii, quàm Imperatori competunt, tum contra talem, cui concessa sunt, præscriptione longissima ea acquiri tradunt *Bald. in cap.* 1. *num.* 4. *quæ sint regal. & cons.* 270. *vol* 3. *Bart. in l. si publicanus*, §. *omnib. quem ibi sequuntur omnes. ff. de publ. Felin. in c. cum nrbit. de præscript. Balb. de præscript.* 2. *p.* 5. *p. q.* 4. *n.* 2. *Crav. de antiq. temp. p.* 4. *sect. absol. differentiis, n.* 13. *Borcholt. in c. unic. quæ sint regal. num.* 19. *Cravet. consil.* 54. *num.* 8. inquit 40. annorum spacio in præjudicium privatorum præscribi, vel etiam cum titulo ac bona fide longi temporis spacio instar ususfructus *arg. l. fin. C. de longi temporis præscriptione, Bart. ac alii, d. l. si publicanus*, §. *in omnibus, ff. de public. Bald. d. num.* 4. *quæ sint regal. Balb. d. part.* 2. *part.* 5. *princ. quæst.* 4. *numero secundo*: nisi fortasse contra eum, cui in feudum sunt concessa, præscribenda forent, quia tum in feudis præscriptio longissima requiritur, *Rosent. in tr. feudal. cap.* 6. *quæst.* 84. vel nisi is, contra quem præscribitur jus fisci, cui incorporata forent haberet, quod vectigalia, quæ Reip. vel alii jura fiscalia habēti competunt, non nisi negligentia 40. annorum amittuntur *Bart. in l. licitatio*, §. *earum rerum, numero tertio, ff. de publican.* quem cæteri ibi sequuntur, *Corn. consil.* 22. *in præsenti consultatione, numero vigesimo tertio, colum.* 6. *volum.* 3. & *cons.* 268. *nu.* 19. *vol.* 4. *Bart. in cons.* 59. *num.* 7. *vol.* 1. *Rom. cons.* 252. *Bald. cons.* 125. *vol.* 1. *cons.* 365. *volum.* 4. *Alex. cons.* 30. *num.* 11. *lib.* 5. *cons.* 16. *num.* 24. *libr.* 5. *Cephal. consil.* 129. *numero secundo*, per doctrinam, quod hoc tempore contra civitatem, certis casibus exceptis,

ptis, præscribatur & 40. annis fisco incorporata præscribantur, & dicit *Rosent. in tr. feud. c. 5. q. 46. post num.* 3. licèt quidam contra fiscum tempus immemoriale requirant, veriorem tamen & receptiorem esse opinionem eorum, qui 40. annos fisco præscribi volũt.

16 † Qui sine consensu Imperatoris nova vectigalia instituere deprehenduntur lege Iulia de ambitu tenentur, *l. unic. ff. ad l. Iuliam de ambitu.* Qui verò exigunt novum ac insolitum vectigal, sive hoc omninò antea non fuerit institutum, sive vetus augeatur, & sic plus, quàm debetur, postuletur; *l. Iulia de vi public.* tenentur, *l. ult. ff. ad l. Iul. de vi publ.*

Si quis carens potestate instituat novum vectigal; quomodo puniatur:

Sunt qui ita de hac pœna loquuntur quasi ad eos pertineat qui vectigalia tantùm nova instituunt, & ita allegant, *text. in l. ult.* Sed hoc in textu expressè & strictè Jureconsultus loquitur de exercentibus nova vectigalia, ideoq; *Accurs.* rectè *in d. l. un.* docet, institui posse vectigalia ab aliquo, ut tamen illa non exerceat sive exigat, ideoque pœnam; *l. Iul.* de ambitu pertinere ad solos nova vectigalia instituentes, ut quorum tantùm, *d. l. unic.* meminit. Pœna verò l. Jul. de vi publica animadverti in exercentes nova vectigalia, ut de quibus loquitur, atq; hæc sententia ab aliis interpretibus communiter approbatur, *Regnar. Sixtin. in tr. de regalib. c. 8. n. 88.*

17 *Quomodo puniantur, qui illicitè vel plus debito exigũt*

Datur etiam parti læsæ, si publicanus vel eius familia illicitè vel plus debito exegit, vel quid ademit aut damnum injuria furtúmve fecit, actio ex edicto de publicanis in factum, si id restitutum non erit, intra annum in duplum, post annum in simplum, *l. 1. in princ. ff. de public.* Dixi, si id, quod exactum vel ademptum est, publicanus non restituit, nam si publicanus ante acceptum judicium restituit, actio evanescit, post acceptum verò judicium pœna quidem durat, sed tamen absolvendus est etiam qui post judicium acceptum, ante tamen sententiam restitue-

restituere paratus est, *l.* 5. *ff. de publican.* Familiæ nomen hîc non ad servos publicanorum tantùm refertur, verùm etiam ad eos, qui in numero familiarum sunt publicanorum, sive igitur liberi sint, sive servi alieni, qui publicanis in eo vectigali exigendo administrant, hoc edicto continentur, *l.* 1. §. *familia, l. quanta*, 12. §. *familia, ff. de publican.* Sunt tamen aliqui casus in quibus hæc actio cessat: Primus casus est, si servus publicani, qui deliquit, non est in ea familia, quæ publico vectigali ministrat, sed est in alia publicani familia, *d. l.* 1. §. *proinde etsi.* Secundus casus est si servus, qui deliquit est mortuus, *l.* 13. §. *sive autem vendidit. ff. de publican.* Tertius est casus, si publicanus servos, qui deliquerunt, noxæ dare sit paratus, quod intellige verum si isti servi à publicano exhibeantur, servi, si à publicano non exhibeantur servi, competit hoc judicium sine noxæ deditione, sive publicanus eos habeat in potestate, sive non, sive possit exhibere sive non, nec licebit domino absentem defendere, *l.* 1. *in princip.* §. *fin. l.* 13. §. *sive autem*, *ff. de public.*

Idcirco autem tam dura est conditio eorum, quia debent bonos servos ad hoc ministerium eligere. Unde apparet publicanum hac actione teneri, etiamsi servi exhibendi potestatem amplius non habeat, quod servus qui deliquit vel sit alienatus vel manumissus, vel fugit, vel sit servus alienus, *l.* 1. § *fin. l. sed & hi*, 13. §. *sive autem*, *ff. de publican.* Oportet autem, antequam agat, actorem dicere, quem vel quos desideret exhiberi, ut si non exhibeantur hinc agatur, sed etsi dicat, exhibere omnes, ut possim dinoscere, qui sit audiendus erit, *l. cum si* 3. §. *sed ante*, *ff. de publican.*

Datur hæc actio hæredibus, cæterisque successoribus, *l.* 13. *in fin. ff. de public.*

Datur adversus publicanum, qui vel cuius familia

lia deliquit, *l. 1. in princ ff. de public.* Et datur hæc actio ex facto familiæ contra omnes socios publicanos, licèt illa familia sit in dominio unius tantùm eorum, *l. 3. §. quod ait, ff. de publican.* Adversus hæredem datur, quatenus hæres est factus locupletior, *l. si publicanus, 4. in princ. ff. de public.* Extra hoc non datur adversus hæredem, nisi lis à defuncto fuerit contestata, *l. ult. § penult. ff. de public.* Et datur, ut suprà est dictum, intra annum in duplum, post annum in simplum, *l. 1. in princ. ff. de public.* In duplo res continentur, *l. hoc edicto, 5. in fin. ff. de publican.* Et si plures servi deliquerunt, dominus tantùm præstando, quantum unus, liber qui deliquisset præstaret, liberatur, *l. cum si, 3. § fin. ff. de public.* Et unus ex pluribus publicanis, non nisi pro parte convenitur, nisi alii solvendo non sint, *l si multi, ff. de publican.* Hæc actio est perpetua, *l. sed & hi, 13. §. fin. ff. de publican.* Si publicanus vel eius familia aliquid vi ademit, aut damnum injuriā, furtúmve fecit, etiam ordinariis actionibus furti, damni injuriæ & vi bonorum raptorum agi potest, *l. 1. §. unde quæritur, ff. de publican.* Imperator, *in l. univers. C. de vectigal.* adducens aliquot casus, in quibus immunitas vectigalium debetur, & qui privilegiati sunt, subjicit, pœna capitali plectendos esse stationarios & alios, quorum avaritia contra eos, qui ita sunt privilegiati, vectigal exigendo aliquid pendatur; ideoque pœna capitali teneri etiam eos, qui à scholasticis vectigal exigunt, docet *Bolog. in auth. habita.* Idem sentit *Horat. Luc. in tr. privil. schol. privileg.* 56. dum vult pœnam etiam, de qua, *in d. l. univers.* agitur, contra istos exactores locum habere, &, cum in scholasticorum favorem *in d. auth. habita,* quadrupli pœna statuatur, hanc etiam esse pœnam, si vectigal ab iis exigatur, eique & rem in esse tradunt, *Bologn. d. loc. num. 9. Bald. num. 4. Salicet. num. 4. Horat. Luc. de privileg. c. 56.* ubi ait, idem dicendum esse de omni-

bus aliis pœnis, de quibus agitur *in d. auth. habita*, & aliis locis adversus eos, qui illicitè vectigal exigunt, constitutis. Sanè illi, qui a privilegiatis vectigal exigunt; si ipsæ privilegiatæ personæ sunt, privantur ob ejusmodi exactionem suis privilegiis, cùm privilegia non mereantur, qui aliis derogant, *c. dilecti filii, de privileg.* Ideoque ii etiam, qui à studiosa juventute vectigal exigunt, suis privilegiis privantur; idque ex *d. c. dilecti filii*, ita tenet *Rom. sing. 702. incip. violans seu infringens, Bologn. d. auth. habita, num. 19. Horat. Luc. de privileg. privileg. 56.* Peculiariter verò pro navicularii s contra eos, qui his negotium facessunt, vel vectigal exigendo, vel simili modo, constituitur pœna 30. librar. aur. *in l. 1. C. de naucl. seu nau. lib. 11.*

18 † Quemadmodum vectigalia nova institui & vetera augeri non possunt sine auctoritate Imperiali; sic & ea diminuere sine tali auctoritate interdictum est, *l. vectig. ff. de public.* ubi jureconsultus primum sine præcepto Imperatoris negat generaliter vectigalia præcedentia revocari posse. Deinde speciatim subjungit, nec addi iis, nec etiam diminui ea sine tali præcepto posse *Azo. in sum. sua tit. C. nov. vectig. instit. non poss. num. 1.*

An vectigalia possint locari?

19 † Accidit sæpe numero ut fiscus vel alius habens vectigalia, hoc jus non ipse exerceat sed id aliis locet, id quin fieri possit, nihil habet ambigui, *l. fin. C. de vectigal. & commiss.* Imò ipsos conductores fiscales vectigalia sublocare posse docent interpretes *per l. Moschis, § fin. ff. de jur. fisc.* conducere autem possunt omnes qui non prohibentur: prohibentur autem, Primò minores. Ratio: ne adversus fiscum beneficio ætatis utantur, *l. in fraudem, 45. § fin. ff. de jur. fisc.* Secundò debitores fiscales & Reipublicæ. Ratio: ne ex alia causa ipsorum debita onerentur, *l. locatio, 9. 8. debitores, ff. de public.* Tertiò tutores & curatores qui administrationis rationem nondum reddiderunt: Ratio;

tio, ne tutelæ administratio & obligatio oneretur ex causa fiscali & noceat pupillo, & ne privilegio tēporis in hypothecis prælato pupillo, nihil fisco supersit ex bonis publicani, *l.unic.C.ne tut.vel curat.vectig.conduc. & ibi Cujac.* Quartò addunt interpretes mulieres. Pluribus vectigal conducentibus obtinet is qui superior in licitatione extiterit, *l.penes, 4.C.de vectigal. & commiss.* dummodo fidejussores dare paratus fuerit, *l.locatio 9.in princ. de public.* neque minus triennio in locatione ista velit stare, *d.l.penes.* Conductores vectigalium his fruuntur privilegiis. Primò conveniendi sunt coram judice fiscali in quæstionibus ex causa conductionis provenientibus, *l.si quis 6.l.cum aliquid 8.C.ubi caus.fisc.* Secundò, municipalium muneribus non sunt obstricti, ratio, ne extenuentur ipsorum facultates, quæ fisco sunt subsignatæ, *l.semper, 5.§.conductores, 10.de jur.immun.* Tertiò si duob. vectigalia sint locata altero minùs idoneo constituto, alter quoque eius petitionem in se transferri petere potest, *l.9.§ socii, de public.* Contrà pensiones debitas justo tempore inferre tenentur, nisi expelli, aut usuras post moram solvere malint, *l. vectig. 10.C.de vectig.* † Si tamen ob pestem, bellum vel aliam justam causam damnum senserint, remissionis exceptione juvantur, *arg.l.ex conducto, 15.§.si uno anno, ff.locat.* Et quod casus valde insoliti conductores gabellarum excusent à pensionis præstatione tradit *Iacob.Menoch.de arbitr.judic.q.cas.80.n.6.* Sciendum tunc etiam est, si Princeps aliquem eximit à solutione vectigalium, quod isti conductores possint Principi à pensione detrahere, quicquid ille tenebatur solvere, *Castrens.in l.licitatio. §.res exercitui, ff.de public. Soc.in consil.72.in fin. vol.4.* † Tandem res quæ cadunt in commissum ad conductorem vectigalis pertinent, non ad dominum locantem, *l.si quis, C.de vectig. & commiss.* ubi dicitur, quod sal venditum

20

21

contra prohibitionem pertinet publicano & ei applicatur, *& in l.creditor, §.1.ff.de actio.empt.* ubi id Cyn. tenet, & dicit *Bald.in l.1.num.* 10. *C. de fruct. & lit.expens.* quod pœna commissa circa gabellam applicatur conductoribus & quod ita consuluit Cynus & dicit idem *Bald.in §.sciendum, n.2.de feud. cognit.* quod emens pedagium à communi, videtur emisse pœnas transgressorum *per d.l.creditor. in princ.* & ita quoque per eandem, *l.creditor.* dicit *Bald.in l.si quis, C. de vectig. & commiss.* ubi Salicetus inquit quod omnia emolumenta etiam pœnalia debentur conductoribus daciorum, quamvis in locatione non sit dictum, quia sufficit, nihil actum fuisse in contrarium, & subdit hoc esse notandum, quod sequitur *Bertachin. de gabell.in 2.part.q.*19.ubi post Salicet. dicit, non valere rescriptum in contrarium, & hoc etiam tenet *Berò. consil.*20.*num.*11.*vol.*3. *Paris. de Put. de Syndic. in vers. proventus, n.3.fol.* 251. & præter eos hoc voluit, *Ang. in l.ut ubi in fin. ff. de petit. hæred.* & alii *per Dec. in consil.* 4.*Boer.decis.*180.

22 † Sed si post conductionem aut emptionem vectigalium, contingat illa ex justa causa augeri, dubitatur ad quem hoc vectigalium augmentũ pertineat? & ait *Rosent.in tr.feud.c.5.q.*40. se putare, si quædam merces erant interdictæ inferri in aliquam civitatem ut panni forenses: Et postea illatio concedatur, quod lucrum & augmentum vectigalium inde accedens his emptoribus cedat, quia non est propriè auctio vectigalis sed commercii. Si verò ipsum vectigal augeatur, ut id, quod antea præstitit florenum, nunc duos pendat, distinguunt nonnulli, quod aut locatio & venditio sit facta sub certa qualitate recipiendi ut scilicet pro salma panni recipiãt ducatum, & augmentum pertineret ad fiscum venditorem, aut vendidit simpliciter vectigal & auctio lucro emptoris accedat, *Angel.in l.at ubi, ff.de petit. hæred. Barbat.in*

c.tela-

§.relatum de testam. Boer. decis. 180. *num.* 7. (ubi dicit, si tamen propter duplicationem vectigalis mercatores istum locum vitarent, & ita emptores vel conductores damnum aliquod paterentur, venditorem vel locantem teneri ad interesse,) *Dec. cons.* 4. *pro tenui facultate, num.* 1. *Menoch. cons.* 34. *nu.* 15. 19. *vol.* 1. quod difficultate non carere ait *Rosent. in tr. feud. c.* 5. *q.* 40. *n.* 3. quia auctio illa non est novum vectigal & sic sub veteri non contineatur.

23 *Qui tenentur solvere vectigal*

† Vectigal solvere tenetur dominus rerum & si vector solvit, repetit à domino *Bart. in l.* 1. *§. hic titulus, n.* 6 *ff. de public. idem Bart. in l. cum in plures, §. vehiculum, ff. locat.* ubi limitat solum quando aliter se habet cõsuetudo, *Bertachin. in tr. gabell. p.* 7. *q.* 3. *Bald. in l. fin. C. commod. Stracia in tr. de navib. part.* 3. *n.* 9. Hinc hæres soluit vectigal vel gabellam pro re, quam tenetur præstare legatario, *Bart. in l.* 1 *in fin ff. de aliment. & cibar. legat.* quia ante traditionem est dominus, *l. eum in plures. §. penult. ff. locat.*

24 † In dubio emptor, non venditor tenetur solvere gabellam, *l. debet, ff. de ædil. edicto Decis. Tholos.* 45. *Villalob. in thesaur. com. opin. lit.* 3. *num.* 3. *in addit. in versic. nota quod.* Et quod gabella in dubio debeat solvi per emptorem, si dicat statutum, quod gabella debeat solvi, sed non dicat per quem est communis opinio, de qua *Apostil. ad sing. Roman.* 588. *Hippol. Bonacass. in thesaur. com. opin. lit. G. vers. gabella in dubio.* Nisi venditor tenetur portare rem ad domum emptoris, eo enim in casu ubi venditor tenetur portare rem ad domum emptoris, tenetur vẽditor etiam solvere vectigal *Bal. in l. accept. q.* 15. *& Salicet. num.* 15. *C. de usur. Surd. consil.* 239. *nu.* 3. *& cons.* 305. *nu.* 8. Aliâs pro contractu solvit vectigal vel gabellam, quæ commodum percipit ex contractu *Socin. in cons.* 247. *n.* 2. *in princ. & n.* 3. *vers. aliquando, &* 4. *vol.* 2. *Salicet. in rubr. C. de reb. credit.* † Te- 25 nentur autem omnes ad solutionem vectigalium

nisi qui specialiter reperiuntur excepti, *l.omnium, l.ex præstatione, C.de vectig.* Primum verò excipitur fiscus. Hic enim non tenetur solvere vectigal, si alii jus exigendi competit, *l.licitatio, §. fiscus ab omnium, & ibi Dd.ff.de public.* etiam ubi ea locavit vel vendidit, *Dyn. Rayner. & alii in d.§.fiscus omnium.* Et hoc procedit etiam in rebus, quas fiscus habet mercimonii causa ut voluit *gloss.in l.si publican. §.1 ff. de public.* & hoc etiam tenent, *Bart. Angel. de perigl.* & alii *in d. §.fiscus*, quia si vellemus, *l.licitatio, §.fiscus* ab omnium restringere in res quas sui vel curiæ gratia comparat fiscus non haberet plus privilegii quàm alii privati, & sicut fiscus non posset à se ipso exigere, ita locando non videtur plus juris transtulisse in conductorem, quàm ipse haberet, *Bald.in l.si emptor, n.4. C.de hared.vel act.vend. & eum sequitur Salicet.nu.5.* † Et quod fiscus non teneatur ad gabellam, voluit *Alex.in cons.149.n.7. vol.2.Bertachin.in tr.de gabell.part.7.quæst.8.* ubi dicit pluries pro hac parte judicatum, sed pro concilianda contrarietate doctorum limitat non procedere in communitate, quod tamen intelligit *Iulius Ferret.in tr.de gabell.num.292.* In communitate non habente fiscum, sed ut verum fateatur inquit *Ioan.Petr.Surd.in cons.239.nu.6.* rationes quibus moventur *Dyn.Rayn. Bart.Bald.Ang.Salicet.* & alii procedũt nedum in fisco & communitate habente fiscum, sed etiam in quolibet privato, qui sit dominus gabellę, & hac sententiam probavit quoq; *Ruin.in cons.89.vol.1.* ubi dicit, procedere immunitatem etiã pro rebus quas habet mercimonii causa etiam quando locasset gabellam cum facultate exigendi à quocunq; & pro omnibus rebus, quia in generali sermone non venit persona loquentis, *l.inquisitio, C.de solut.* Et nemo videtur facultatem concedere contra se ipsum *Alex.d.loc.* Idem tenet *Boss.in tit.vectig.solver.qui teneant, n.4.* ubi allegat *Bart.Soc.& Ias.* Et quod omnis Princeps, Comes vel

26

vel civitas alii vectigal vendens locās vel in feudum concedens non teneatur isti cui vendidit, locavit vel in feudum dedit, solvere vectigal, tenent *Bart. & Alber. de Rosent. in l. licitatio. 9. §. fiscus, ff. de public. Salicet. & Bald. in l. emptor. 5. C. de hered. & act. vend. Angel. in l. universi, 5. C. de vectig. & commiss. Bald. Angel. & Ioan. de Plat. l. 1. C. de navic. lib. 11. Francisc. Lucan in tr. de fisco, p. 4. n. 22. q. 15. Alex. consil. 149. nu. 8. & ibi Carol. Molin. in addit. lib. 2. Paul. Castr. d. §. fiscus, Petr. Rebuff. in l. 1. C. de navic. lib. 11. Afflict. decis. 319. n. 9. Schrad. de feud. c. 6. n. 124. p. 6. Boër. decis. 211. nu. 1. &* 2. ubi affirmat hanc opinionem veriorem & communiorem esse *arg. l. qui tabernas 32. ff. de contrahend. empt.* & quod non potest dici vendidisse, nisi jus quod habeat jus exigendi à semetipso. Dissentiunt *Bart. in l. 1. C. de navic. lib. 11. Bart. cons. 226. lib. 1. Bertach. in tr. de gabell. part. 7. q. 8. n. 26. Roland. à Vall.*

† Planè qui de feudis fiscalibus mercari consueverunt, nullam publici vectigalis immunitatem usurpare possunt, *l. licitatio, 9. §. fin. ff. de public.* Excipiũtur etiam navicularii, *l. 1. C. de navic. seu naucler. lib.* 11. *l. navicularios, l. solos, l. seq. C. Theor. de naucler. & l. 1. eod.* Denotantur hac naviculariorum appellatione illi nautæ, qui publicę annonæ vehendæ serviunt, *l. semper. §. negotiatores, ff. de jur. immunit. l. nullam, Cod. Theodor. de navicul.* Horum olim certum erat corpus, *l. 1. §. 1. ff. quod cujusque universitat. nom. d. l. semper, §. licet & l. quisquis, l. cum qui, C. Theod. Callistratus in d. §. negotiatores,* generaliter dicit, eos immunitatem à publicis muneribus consequi, quam diu in hujusmodi actu sunt, *& Imperat. Constant. in d. l. navicul. Cod. Theod. de nav.* Navicularios, inquit, omnes per terrarum orbem, per ævum omne, ab omnibus muneribus & oneribus, cujuscunque fuerint loci vel dignitatis, securos, vacuos, immunesque esse præcipimus. Rationem tanti privilegii assignat hanc *Callistr. in dict.*

27

§. licet, quod remuneranda sint pericula eorum & ornanda præmiis, ut qui peregrè muneribus publicis & quidem cum periculo & labore funguntur. Sed quia navicularii non alii hîc intelliguntur, quàm in quib. hæc ratio procedit, ut qui videlicet, ut sæpius diximus, publicæ annonæ vehendæ operam navant, malè sentiunt interpretes, qui ita de hoc privilegio loquuntur, ut simpliciter nautas immunitatem vectigalium habere doceant.

28 † Inter privilegiatos etiam numerandi sunt legati exterarum gentium, *l. à legatis, C. de vectig.* ubi tamē immunitas ista vectigalium ita restringitur, ut immunes quidem sint à præstatione vectigalium pro speciebus exportandis, pro iis verò, quas de propriis locis, unde veniunt, in locum, ubi vectigal præstari solet, important, teneantur vectigal pendere.

29 † Habent & Ecclesiasticæ personæ immunitatem vectigalium in rebus propriis, in quibus exerceatur nulla negotiatio, *c. quanquam de censib. in 6. clem. fin. eod.* Idem de iis, qui in Academiis sunt, earumq; sunt

30 membra. † Nam & hi de propriis rebus, quas studiorum causa habent nullum tenentur solvere vectigal, ut *in auth. habita, C. ne fil. pro patr.* docent *Accurs. Alb. de Rosat. Cyn. Bart. Salicet. Bald. & alii Dd. communiter.* Idem tradunt *Alb. de Rosat. & Salicet. in l. univers. C. de vectigal. Alex. in l. cætera, § sed si quis, n. 7. ff. de ll. & ibid Ias. n. 9. Horat. Lucius de privileg. schol. priv. 54. Bertachin. in tr. de gabell. part. 7. q 27. & Rebuff. de privileg. schol. privil. studiosor.* quia ita de ea re agit, ut varia etiam adducat privilegia Regum Galliæ, quibus hoc comprobatur. Porrò jure communi hoc ita se habere perperam colligunt nonnulli ita *ex d. l. universi*, quod expressus ibi hac de re sit textus, & legatur exercendi juris causa Nam textus habet verbum juris, & in eo de agriculturæ privilegiis agitur, quemadmodum & *Accurs.* & plerique alii *Interpretes* rectè di-

ctum

ctum textum intelligunt. Si quis tamē dixerit, quod ruri ibi tribuitur, meritò & studiis tribui, non malè argumētum inde duxerit, ut, cùm studiosorum causa non minùs sit favorabilis, quàm agriculturæ, eadem ratione utrobique ob summum favorem idem jus in utroq; statuatur, *l. illud ad l. Aquil. l. à Titio, de verb. obligat.*

Rectiùs verò & magis propriè accommodabitur huic privilegio studiorum *tex. in d. auth. habita*, siquidem, licet immunitatis vectigalium & similium onerum expressè non fiat mentio ibi, tamen eò pertinent hæc verba: VENIANT & SECURÈ, &c. Ideoque pertinet hæc constitutio Friderici Secundi ad sola studia, non facit autem iter & habitat securè satis quis, ubi gravatur vectigalibus & similibus onerib. Atq; hæc interpretatio illorum verborum crebrioribus calculis interpretum est recepta, *in d. auth.* quibus accedit, quod plerunque privilegia, quæ Academiis aliquo in loco apertis per Imperatorem & alios superiorem non agnoscentes conceduntur, passim plerunq; eò dirigi soleant, ut Professores quæ operā dant literis ejusmodi immunitate vectigalium & similium onerum gaudeant, licet per nimiam avaritiam & audaciam publicanorum eò deventum sit, ut hoc privilegium, non ut debet, servetur, istiq; homines privilegium istud nonnunquam *in d. auth. habita*, allegantibus respondere soleant: Habita ubi vis, & solve, ut hac de re conqueritur, *Horat. Luc. in tr. d. priv. schol. privil.* 59. ubi simul ostendit, etiamsi alibi consuetum est à scholaribus exigere vectigal, tamen hanc consuetudinem non esse attendendā nec subsistere, ut, quæ damnata sit, *in d. auth. habita.* Pro confirmatione sententiæ suæ alios Dd. allegat. Admonendi verò sunt studiosi, ne illicitè aliquid suis rebus adiiciant, & sic efficiant, ut fisco omnia vendicentur, *l. cotem, §. dominus de publ. l. l. 1. C. de nau. non ex-*

cuss.libr. 11. licèt æquius sit & humanius illicita tantùm in commissum cadere, *ut Bald.not.in l.cum proponas,n.* 10.*C.de naut.fœn.*

31 † De eo qui rem aliquam ab immuni comparat, an gaudeat immunitatis privilegio, dubitatur, & quòd immunitate non gaudeat, probatur *in l.licit.*§.*fin.ff.de public.* ubi quamvis fiscus à solutione vectigalis vel gabellæ immunis sit, emens tamen à fisco, immunitate non gaudet, & Bartolus ibi infert ad Ecclesiam & vult quòd qui sal emunt ab Ecclesia, tenentur solvere *Salicet.in l.univers.C.de vectig.Abb.in c.ex parte in la.prim.de decimis. Ioan.de Amic. in consil.* 18. Idem voluerunt *Archid.Specul.Ioan.Andr. Luc.de Pen. Bald.Roman.Socin.Ias.Ruin.Dec.* & alii multi quos citat & sequitur *Roland.in cons.61.n.*16.*vol.*4. alios addit *Bursat.in cons.*42.*nu.*14. quia mutatione personæ mutatur privilegium *Dyn.& Bart.in l.Paulus, in fin.ff. de acq.hared.Alex.cons.*35.*n.*18.*vol.*4.*Roland.d.cons.*61.*num.*5.

Nisi solvendi onus ex pacto ei incumberet, qui est immunis, tūc enim eadem servatur emptori immunitas *Bald.in cons.*31.*vol.*1. ubi inquit, quod etsi emptor teneatur ad solutionem, si tamen res expensis Ecclesiæ transportantur, tunc emptor non tenetur solvere, sed gaudet immunitate, quæ Ecclesiæ competit, quia aliâs solutio cedet damno Ecclesiæ quæ nisi id onus suscepisset, minoris vēdidisset, *l.si venditor,ff.de serv.export.* Idem voluit *Ioan. de Amic.in consil.* 18.*Roland in consil.*61.*n.*18.*in* 4.*vol.* & hoc voluit *Dec. in cons.*48.*nu.* 2.*in* 2.*fundam.* & in fine consilii ubi inquit si quis emit ab immune cum expresso pacto, quòd non teneatur gabellam solvere, privilegium venditoris prodest emptori, quia aliâs contra emptorem haberet regressum Idem probavit *Alciat. in cons.*206.*nu.*7.*Rimin.in cons.*724..*num.*47.*&* 50.*Ioan, Petr.Surd.cons.*301.*n.*80.*& cons.*307.*n.*10.

† Si

† Si caveatur lege vel statuto, ut de quolibet contractu vel legato solvatur vectigal, & fiat stipulatio vel promissio annua, non debetur, nisi unica tantùm gabella pro omnibus annis sit cum una perpetua & uniformis & per consequens debetur illi conductori gabellarum, qui erat tempore contractus; si verò fiat legatum annuum gabella, debetur pro quolibet anno in futurum, prout dies cesserit, cùm sint plura legata & per consequens debetur illi conductori, qui fuerit in quolibet anno *Bar. Paul. Imol. Imol. Alex. & Dd. commun. in l. cum Titio. ff. ad l. falcid. Bald. in l. annalib. C. de legat. Anton. Gomez. lib. 2. var. resol. c. 11. n. 44.* An vectigal uni ex publicanis solutũ debitorẽ vectigalis liberet, & an unus ex publicanis in solidum petere possit, disputatur *Iaf. in l. si unus, nu. 2. ff. de pact & Firmian. 33. de gabell. 4. p. n. 19.* ajunt, communem esse Dd. opinionem, quod gabella uni ex gabellariis soluta debitorem eius non liberet, nec unus ex gabellariis insolidum petere possit: sed contrarium servatur consuetudine, & est verius *Eman. Soar. in thesau. recept. opin. lit. 9. n. 9.* 10. Socii enim videntur sibi invicem ad eam quæ societati expediunt mandatum dedisse. De rebus, de quibus vectigal non est solvendũ ait, *l. 9. §. earum rerum, ff. de public.* earum rerum vectigal, quarum nunquam est præstitum, non præstari, quod sequitur *Becius in cons. 96. in princ. & nu.* 13. ubi dicit, quod gabella vel vectigal solvi non debeat pro rebus pro quib. nũquam antea aliquid fuit solutum *Bursat. in cons. 335. n. 10. Marcabr. cons. 9. n.* 18. Et ꝙ consuetudo attendi debeat ponit *Roland. cons. 79. nu.* 80. *vol. 3. Menoc. cons.* 189. *n.* 28. *Bertaz. cons. crim.* 476. *n.* 12. *Bursat. in cons.* 138. *n.* 42. *Io. Petr. Surd. cons.* 420. *n.* 15. ubi dicit, si in aliqua civitate nunquam fuit auditum, ꝙ pro mobilibus per contractum in aliũ translatis, vectigal sit solutum, ꝙ vectigal non debeatur; † Ideq; juris esse, si aliquo statuto cautum sit ut etiam pro mobili-

34

De quibus rebus vectigal sit solvendum.

mobilibus in alium ex contractu translatis vectigal solvatur, hoc autem statutum usu non sit receptum vel fuerit quidem ab initio receptum. Post deinde verò per legitimum tempus aliud observatum, quod statutum, quod non est in usu, non liget, *c. leges. dist. 4. gloss. Abb.* & alii *in c. 1. de treug. & pac. Cardin. in consil. 40. Alex. in cons. 6. num. 4. vol. 1. Cepoll. in cons. 13. Dec. in cons. 649. n. 8. Gozad. cons. 96. n. 4. Roland. cons. 98. nu. 5. vol. 2. Cephal. cons. 155. n. 16.* Et statutum tollatur cõtrario usu *Alex. cons. 6. n. 4. vol. 1. Rimin. in cons. 102. n. 38.* † Sed hìc quæri solet, si exactores omiserint de certis aliquibus rebus exigere vectigal, an præjudicent domino vel fisco? Et videbatur dicẽdum, quòd exactores potuerint durante ipsorum conductione sibi obesse sed non domino vel fisco, *l. non debet alteri, ff. de reg. jur.* Sed contrarium est verius, quod nimirum exactor præjudicat *Bald. in cons. 211. vol. 3. Bertachin. de gabell. in 9. part. princ. q. 2. versic. item verum nisi, Bero. consil. 164. nu. 23 Paset. in cons. 190. nu. 2. Ioan. Petr. Surd. cons. 460. n. 24.* Ubi dicit videri communem distinctionem, quod exactor, qui habet generalẽ administrationem, præjudicet, & est textus *in l. adversus, C. de usur.* ubi dicitur administratorem qui exigit minores usuras, cùm tamen majores deberentur, præjudicare civitati, & hunc textum allegat *Natta in cons. 406. num. 8.* Et eodem modo Prælatus præjudicat Ecclesiæ, quando propter negligentiam deficit in solutione canonis, nam tunc Ecclesiæ perdit emphyteusin, secundùm *gloss. in c. constitutus, in versic. juxta ratam, de relig. dom.* ubi *Hostiens. Abb. & alii.*

35

Et scientia officialium habetur pro scientia domini, eam ob rem scientiam officialium in respicientibus administrationem officii nocere Principi, quia contra eum præscribitur etiam quoad regalia ceu in vectigalib. gabell. viis publicis & hujusmdi aliis concurrentibus ad præscriptionem solidam affirmat

firmat *Bec.conſ.*15. Probatq; *Cravet. conſ.* 894.*nu.*33. *vol.*5.*Surd.conſ.*429.*n.* 54. *Albin.* qui communem dicit *conſ.*64.*n.*51.*Ioan.Baptiſta, Coſta in tract. de facti ſcientia & ignorantia inſpect.*72.*n.*9.10.11. Nec obſtat, *l. locatio*, *§. earum rerum*, *ff. de public.* ubi dicitur quòd ſi præſtari conſuetum eſt ex indulgentia publicanus omiſerat, alius exercere non prohibetur. Nam ea lex ſecundum *Bart.* ibi loquitur de caſu, ubi quidem publicanus per aliquod tempus, ſed non per tempus ad inducendam conſuetudinem ſufficiens, omiſit.

† Secundò vectigal vel gabella non ſolvitur pro rebus quæ uſus proprii cauſa portantur vel vehuntur, *l.fin.§.divus.ff.de public.l.ſi publican.§.de rebus*, ubi *Bart.ff.eod.l.univerſi.* ubi *Salicet.l.omnium*, *C. de vectig. l.in lege cenſoria,ff.de V.S.Clem.fin.de cenſib.Anchor.conſ.* 246.*Bald.in conſ.*241.*vol.*4.*Bertachin. in tr. de vectig.in* 2.*part.octav.part.princ.nu.*1.*Imol. & Alex. in l. cætera*,*§. item ſiquis ad opus* ubi *Iaſ.n.*9.*ff.de legat.*1. *Marſil.in ſing.* 86.*per totum*,*Ruin.in conſ.*112.*n.*5.& 8.*vol.*5.*Roland.in conſ.*34.*n.*15.*vol.*3.*Becius* qui multos addit *in conſ.*96. *n.*9.*Ioan.Petr.Surd.conſ.*307.*n.*1. *Franciſc. Hottom. conſ.* 11.*n.*5. Undè ſi ſtatuto indiſtinctè caveatur, ut de equis ſolvatur vectigal, de jure communi reſtringitur ut intelligatur de iis, qui negociationis cauſa ducuntur *Bertach.de gabell.part.*8.*q.*2.*nu.* 9.*Anchor.conſil.* 262.*n.*2. Sunt enim vectigalia odioſa, ideoq; ſtatuta illa reſtringenda & contra recipientem explicanda. Ideo etiam de veſtimentis quæ ad corporis cultum tantùm, non vendendi cauſa, circumferuntur, vectigal non eſt ſolvendum, *l.cenſoria,ff.de V.S.* Et eſt communis opinio, quam refert & ſequitur *Petrus Beckius in l.*2.*§.cum in eadem nave*, *n.* 5.*in verb.veſtimentorum*, *ff.ad legem Rhodiam.* Et conſuetudo quod ſolvitur vectigal vel gabella pro rebus, quæ uſus proprii cauſa portantur, non valet *Hoſtienſ.in ca.ſuper quibuſdam, de verb.ſignificat.Angel.de Clav.in ſumm. in verb. Padagiū*,

verſ.

*verſ.de quib.Natta in conſ.655.Roland.à Vall. in conſ.34. n.19.vol.3.*ubi tamen *n.23.*concedit, quòd valeat, ſi ex juſta causa inducta & tempore immemoriali obſervata, *Franciſ.Marc.deciſ.41.num.3.Bec.conſ.96.nu.9. Marſil.ſing.81.*& id dicit ſingulariter notãdum, *Imol. in l.cætera,§.ſed & ſi quis ad opus,ff.de legat.* 1. Et ita tenẽt omnes ſecundùm *Alex.ibi.n.6.* Et eſt verum & æquum ut per *Iaſon.n.7.& ſeq.* Et juramento eſt ſtandum, quod quis emerit res pro uſu proprio *gloſſ.in Clem. fin.in verb.negociandi, de cenſib. Bald. in l. cum proponas, C. de nautic.fœn. Alex. in l. inter cætera, §. item ſi quis ad opus.& ibi Iaſ.n.10.ff. de legat. Marſil. ſing. 86. Franciſc. de Marc.deciſ. 41.num. 5.part.2.* niſi qualitas rerum & perſonarum aliud ſuadeat *Ioan.Bertachin.in tr. de gabell.part.7.nu.13.& 2.part.octav.part.princ.nu.4.Nicol. Ever.conſ.2.nu.25.Ioan.Petr.Surd.conſ.285.nu.15.idem Ioan.Petr.Surd.conſ.307.nu.3.* ubi dicit id non mirum quia ad quem finem emerint res, id conſiſtere in ementiũ animo & voluntate, in & his quę animum alicujus concernunt ſtandum eſt illius dicto *gloſſ.in §. alia.Inſtit.de action.Marſil.in rubr.C. de probat.nu. 122. Menoch.de arbitr.judic.conſ.186 n.5.* Et dicunt doctores quòd etſi à principio extraxerit ad finem proprii uſus & pœnitentia ductus convertat in alios uſus vel aliis vendat non eſſe ſolvendam gabellam, quia attenditur primum propoſitum, ut dicunt *Gul. Cum. & Bald.in l.1.verſ.unde quærit,ff. de exerc.* ubi dicunt quod ſtatutum prohibens extractionem frumenti prę terquam pro uſu, ſub certa pœna, non habet locum in eo, qui eo animo extraxit, ut in ſuos uſus verteret, deinde tamen illud vendidit *Bart.in d.l.cætera, § ſed ſi paravit. num. 3. Alber. in tr. ſtatut. in 1. part. quæſt. 79. Caſtrenſ.in l.2.in princ.ff.ſi certum petat. Iaſon.in d.§.ſed ſi paravit,n.16.Afflict.deciſ.71.n.8.* ubi allegat quoque Anan. & Felin *Marſil.ſingul. 86 circ.fin.Ioan.Petr.Surd. conſil.205.nu.16.Bertach. in tr. de vectig.in 2.part.octav.*

part.

*part.prin.n.*1.† Tertiò non debet solvi pro rebus quæ ad fiscum deferuntur, *l.universi, C.de vectig. & commis.* *ubi gloss.Bart. & Bald.* & alii notant *Bertach.in tr. de gabell.in 2.part.octav.part.prin.q.9.Ruin.in cons.* 89.*nu.*5. *vers.praterea pro rebus post gloss.in l.si publican.* §. 1.*in vers. municipium ff.de public.Iul. Ferret.in tr.de gabell.n.* 129. 37

Et pro hoc facit, quia etsi deferentes res ad exercitum teneantur solvere gabellam, *l.licitatio*, §. *mercatores*, *ff. de public.* tamen quando eas coacti portant, non tenentur ad gabellam, ut probatur *in d.l.licitatio §.res exercitui*, & ita declarat *Bald. in consil.* 496. *vol.*4. *Boss.in tit.vectig.pro quib.reb.solv.num.* 3. licet *Bertach. d.2.part.octav.part.princ.quæst.*8. dicat indistinctè non esse solvendam gabellam pro rebus, quæ ad exercitum feruntur, *& Iul. Ferret.loc.prædict.num.* 127. non enim justum videtur, quòd teneatur quis solvere gabellam pro rebus quas invitus portat. Hinc gabella non est solvenda pro navi ventorum vi appulsa vel piratarum incursione vel alio timore, *l.Cæsar. l.interdum, l.fin.* §. *si propter necessitatem*, *ff. de public. l.* 1. ubi *Bart. & Bald.C.de naufrag.lib.* 11. *Felin.in c.querelam, de jurejurando in c.2.in fin. de constit.* latissimè exornat alios citans *Rip.de privileg.contract. caus.pest. numer,* 58. *Iul.Ferret.in d.tr.num.* 115. Idem juris est de his, qui exsiccato flumine coguntur extra territorium deferre victualia molenda, *Ioan. Petr. Surd. consil.* 272. *num.*16.

38 † Quæritur hîc an statutum disponens, quod de qualibet bestia vendita in loco, certum quid solvatur communitati, procedat in ea, quæ dilaniata & per frustra fuit vendita diversis personis? Et videtur quod nihil sit solvendum *per l. si servus*, §. *bove*, *ff. de condict.furt. l. mortuo bove*, *ff. de leg.* 2. & hinc dicit *Florian. in l.* 2. §. *prætor*, *& in l. nec corpora*, *ff. de relig. & sumpt. fun.* quod si ex forma statuti solvi debeat gabella

gabella per eos, qui intrant civitatem non fiat solutio pro cadavere importato, & ideo in proposito, inquit *Bart. in l. cum de lanioniis, in fin. prin. ff. de fundo instr.* quod bestia mortua non venit appellatione bestiæ & infert hoc facere ad statutum, quod gabella solvatur pro qualibet bestia licet secundùm eum *gloss.* ibi contrarium teneat. Hinc etiam inquit *Angel. in l. quod ad te. ff. si certum petat.* quod si pro venditione animalium solvi debeat gabella, nõ fiet pro mortuis solutio, sed pro viuis, atque hoc dicit perpetuò notandum, & ita decidere videtur *Albert. in tr. de statut. part. 2. Chart. penult. in q. incip. quid si statuto prohibeatur;* ubi loquitur in specie de bestia vendita per frusta, *Bertach. in 1. p. octav. part. prin. q. 6.* ubi allegat similia; *Afflict. in tit. quæ sint regal. in verb. vectigalia, num.* 208. *Iason. in d. l. quod tr. in fin.* Hoc fortè verum est de proprietate sermonis, sed si secundùm communem loquendi usum bestia quoque appellatur bos vel vitulus mortuus, non est dubium, quin statutum intelligi debeat secundùm communem loquendi usum; *Bart. in l. non dubium, C. de ll. c. quanquam 2. q. 7. ibi secundum vocabula, quæ obtinuit usus; Butr. & Abb. in Proëm. decret. & in statuto ponit Bart. in l. stipulatio ista, §. hoc quoque, ff. de V. O. Brun. de statuto exclusivo fœmin. in 6. articul. princ. in 4. memb. quæst. 7. col. penult. Socin. cons.* 203. *col. 2. vol. 2.* Communis enim loquendi usus prævalet significationi, *Bartol. in consil.* 138. *in fin.* & dicit *Oldrad. in consil.* 168. *in 3. dubio.* quòd in sermonibus intelligendis communis usus prævalet omni regulæ & omni constitutioni *Gozadin. in consil.* 59. *colum. 3. in fin. Socin. Iun. in consil.* 128. *num.* 184. *volum.* 1. *& in cons.* 35 *numero decimo quarto, eodem volum. Roland. in tr. de lucr. dot. quæst.* 98. *numero nono,* dicit hoc procedere etiam quando statuta sunt ad literam intelligenda vel prout jacent.

Observantia quoq; declarat ejusmodi statutum: Nam

Nam si semper etiam pro mortuis bestiis facta est solutio, ea observantia quid senserint statuentes declarat, *c. cum dilectus, de consuetud. l. minimè, & l. si de interpretatione, ff. de ll. c. cum venissent, de instit. ubi Butr. colum. 2. vers. oppono secundò, & colum. 8. vers. oppono cum gloss.* & ibi sequitur *Imol. colum. 8. Socin. consil. 145. col. 2. volum. 1.* ubi dicit procedere etiamsi observantia esset contra verum intellectum dispositionis & dicit *Angel in consil. 184. col.* 1. quòd observantia declarat investituram, *Natt.* qui multos citat *in consil. 406. nu. 28. Tiraq. in tr. præscript. in vers. per annos decem, num. 24. Cephal. in consil. 272. num. 244. Becc. in consil. 101. num. 49.* & tunc non esse dubium, quin pro bestia quoque mortua solutio fieri debeat, tradit *Surd. in consil. 297. num. 8.* ubi *num. 9.* dicit. Quod hoc casu solvi debeat gabella etiam pro bestia laniata & divisa in frusta, aliâs enim posse fieri fraudes statuto, & pro hoc esse in specie decisionem, *Iulii Ferreti in tr. de gabell. numero 414.*

39 † Planè si vectigal vigore statuti est solvendum pro quacunque hæreditate, non habet locum hoc statutum in hæreditate paterna *Angel. de Perus. Imol. & Angel. de perigl. in l. si quis, ff. de liber. & posthum. Ioan. Petr. Surd. consil. 461. num.* 15. quòd filius & pater habeantur pro una persona, *l. fin. C. de impub. & aliis sub statut.*

40 † Concessa alicui facultate extrahendi bladum non censetur concessa immunitas à solutione gabellæ *Ruin. in cons. 100. vol. 1. Ioan. Petr. Surd. cons. 220. num. 9.* quia quando duo obstant, uno sublato remanet alterum, *l. si quando, C. de inoff. testam. l. si domus, ff. de servit. urban. prædior. l. si non lex, ff. de hæred. instituend. Dec. in consil. 208 num. 8. Felin. in c. cum veniens, num. 1. de testib. Crot. in consil. 38. num. 4. Afflict. decis. 320. num. 12. Bero in consil. 22. num. 54. volum. 2. Natt. in consil. 74. num. 7. Ioan. Petr. Surd. consil. 50. num. 27.* habens

tamen privilegium immunitatis reale & personale & exemptionis amplum decretum, potest etiam vendere fructus rei privilegiatæ absque alicuius dacii vel gabellæ solutione *Amylian. cons.* 107. & est rati secundùm *Alciat. in cons.* 18. *n.* 8. *lib.* 4. quia causa fructuum non debet separari à proprietate.

41 † Cùm gabella est res odiosa, in statutis de gabellis non proceditur de similibus ad similia *Curt. Iun. in cons.* 329. *n.* 5. *vol.* 3. Et ideo etiam pro datione in solutum non debet solvi gabella, si adsit statutū, quòd de venditione solvatur gabella, quia est strictè interpretandum & strictè non comprehenditur datio in solutum, *Dec. cons.* 18. *n.* 3. *in* 1. *vol. Ferret. in tr. de gabell.*

42 † Similiter statutum disponens ut de qualibet negociatione solvatur gabella hoc statutum nō comprehendit legatum. Legatum enim propriè non est negociatio, *Bart. in l. cætera, § sed & si quis, ff. de legat.* quem sequuntur omnes Dd. ibidem & passim in jure teste inibi *Iaso. n.* 16. *Vivi. lib.* 1. *statutum disponens quod de contractib.* Et si ex forma alicuius statuti de legato gabella est solvenda, hoc statutum nō habet locum, si debitor creditori debitum legavit, de hoc enim legato vigore istius statuti gabella non est solvenda, *Alex. in l. si creditori, ff. de legat.* 1. *Anton. Gomez. lib.* 1. *ca.* 12 *n.* 26. *vers. ult.*

43 † Et si est statutum ut gabella solvatur de rebus è territorio exportandis, statutum nullum habet locum, si res originaliter non è territorio transportatur, sed per transitum: Ita est communis opinio, *Ias. in l. certa, § sed si quis ad opus, n.* 71. *ff. de legat.* 1. *Villalob. in thesau. com. opin. lit. G. num.* 5. *Soarez. in lit. G. num.* 2. *Vasq. illust. q. c.* 32. *n.* 5.

44 † Stante autem statuto, ut inventus portare frumentum extra districtum, id statutum habebit etiā locum, etiamsi non perfecerit actum portandi extra districtum, quia illa verba etiam verificantur quādo

actus

actus est in fieri, sed secus est, si statutum diceret, si quis portaverit extra districtum, *Alex.in l.qui Romæ, §.Callimachus, n. 5.ff.de V.O.Hippol.à Bonacos.in thesau. recept.sentent.lit.G.vers.gabellas fraudare.*

45 † Statutum est ut de omnibus contractibus vectigal solvatur, de contractu nullo non est solvendum *Alvarot.in c.2 quo temp.miles in usib.feud. Bald. in l.non dubium, C.de legib. in l.fin. §.sed quia, C.comm. de legat. Roman.in cons.78. Viv. lib. 1.statutum disponens quod de contractib. Pap.decis.590.n.2.*

46 † Similiter non est solvendum vectigal de promissione de vendendo, quia promissio de vendẽdo non est venditio, *Hippol. Bonacoss. in thesau.com.opin.lit.G. vers.gabellas, fraudare non licet, verb. & de promissione de vendendo.*

47 † Sed quando rescinditur vel annulatur contractus ex pacto de retrovendendo, vel legis commissoriæ vel adjectionis in diem an vectigal vigore isti statuti sit solvendum, quæritur? In hoc sciendum est. Primò, quòd si fiat contractus simpliciter & absolutè, & postea resolvatur mutuo cõsensu partium, debeatur vectigal, quia jus semel quæsitum fisco, non poterunt partes tollere, *arg.l.si post mortem, §.fin.ff.de bonor.possess.contr.tab.l.in insulam, §.fin.ff.solut. matrim. l.fin.ff.de pact.l.si constanter, vers.exceptis, C.de donat.ante nupt. & ita tenet Paul.in l.jurugentium, §.adeò, nu.2 ff.de pact.Idem Paul.in l.ab emptione, n.9.& 10 & ibi alii Dd. ff.eod.Idem Paul. in l. 1. C. quando liceat ab emptio. discedere.*

Ex resolutione verò non debetur gabella vel vectigal: quia non est contractus sed distractus secundùm *Paulum & Dd.ubi suprà.* Quod tamen intellige, quando cõtractus resolvitur ex intervallo: secus tamẽ est, si resolvatur in cõtinenti, quia tunc nõ debetur gabella ex cõtractu, nec distractu, quia est pinde ac si à partib. nõ esset celebratus, *arg.l.contractus, C.de*

fide instrument. l. fecta, ff. si certum petat, l. si ita sit scriptum, ff. de legat. 1. Paul. & communiter Dd. in locis, ubi suprà. Quod si fiat contractus venditionis cum pacto de retrovendendo, debetur gabella, licet postea resolvatur & rescindatur virtute pacti: de ipsa verò resolutione non debetur argumento prædictorum jurium & ibi etiam tenet *Paul. & communiter Dd.* & in terminis ita tenet *Angel. Imol. & Rom., per text. ibi in l. si hominem, ff. de usucap. Aretin. in l. Pomponius, §. cum quid, ff. de acquirend. possess. Alexand. in §. præterea eiusdem legis.* Quod si contractus venditionis fiat cum pacto directo legis commissoriæ vel adjectionis in diem & postea resolvatur contractus virtute pacti, an debeatur gabella vel non? Est notabilior & difficilior articulus cæteris: & videtur quòd non debeatur gabella ex contractu, neque ex resolutione eius: quia illud pactum, si postea verificetur, resolvit ipso jure contractum ac si nunquam præcessisset & per consequens omnes effectus eius, *arg l. 1 ff. de lege commiss. l. 1 ff. de in diem adiect. l. potior, vers. videamus, ff. qui potior. in pignor. habeant.* ergo non debetur gabella, & in expresso ita tenet *Petr. de Bellepert. in l. fin. § sed quia, C. communia de legat. & ibi Paul. de Castr. & alii Dd.* tenet etiam *Paul. in l. ab emptione, ff. de pact. num. 9.* Idem *Paul. in l. 2. C. quando liceat ab empt. disceder. Bald. in l. traditionibus, C. de pact.* Et si fortè gabella fuit soluta facto contractu, postea eo resoluto, potest repeti tanquam indebitò soluta, secundùm eosdem. SED CONTRARIAM SENTENTIAM, quod nimirum debeatur gabella, ex primo contractu & non possit repeti à fisco, licet postea contractus resolvatur tenet *Anton. Gomez. lib. 2. var. resol. c. 9. nu. 31. in fin.* quia contractus fuit purè & simpliciter celebratus, & semel valuit & fuit perfectus & per consequens fuit jus quæsitum fisco, ergò statim ei debetur gabella, licèt postea resolvatur contractus, neq; obstat, quod

talis

talis resolutio retrotrahitur, quia intelligitur respectu contrahentium, non verò respectu fisci vel alicujus tertii.

48 *Quantùm & quid debeat solvi pro vectigali.*

† Juxta jus commune est quidem illud, quòd vectigalis nomine penditur octava pars rei, pro qua fit vectigalis solutio, *l. ex praestatione, & ibi Dd. C. de vect g. Isern. in c. unic. n.* 11. *& ibid. Alvarot. n.* 3. *quae sint regalia, Covar. in repet. c. peccatum, part.* 2. § 5. *n.* 1. Experientia verò testatum facit, ferè passim per consuetudinem vel concessionem Imperatoriam à vectigali octavae esse recessum, quare hodie id quod vectigalis nomine solvitur, dependet ex privilegiis, concessione & consuetudine, & ideo inspicere oportet privilegiū, concessionem, nec non consuetudinem, *l. si publicanus, § in omnibus, & ibi Bald. Alex. & alii, ff. de publican. Afflict. in c. unic. verb. vectigalia, n.* 39. *&* 111 *quae sint regalia.* Et si non constat, quantum est licitum exigere tunc manendum est in eo, quod diu obtinuit, *Rosent. de feud. c.* 5. *q.* 45. *in fin.* Planè stante statuto quod de quolibet legato debeat solvi tantùm pro libra ratione gabellae, debet solvi tantùm pro eo, quod in effectu superest de legato, deducto omni aere & onere *Bart. Bald. Angel. Alex. Ias. Lancell. Dec. & Dd. comm. in l. non amplius, ff. de legat.* 1. *Didac. de Segur. in repet. l. si ex legati causa, n.* 36 *ff. de V. oblig.* Similiter eo casu, quo de contractu emptionis solvitur gabella, debet intelligi de precio, quod remanet penes venditorem deductis omnibus expensis, factis in substitutionibus, tabellionibus praxenetis & aliis similibus, *Bar. in l. sed si hoc, §.* 1. *ff. de condit. & demonstr. Villalob. in thesau. recept. opin. lit. E. num.* 3. *in addit. versic. nota quod Eman. Soar. lit. G. num.* 3. *Gomez. lib.* 1. *var. resolut. cap.* 12. *num.* 25.

49 † Utrùm verò, quod tanquam vectigal solvitur, in pecunia consistat an verò in ipsis rebus sive speciebus, ut eas *Martian. in l. fin. § species, ff. de public.*

& Imper. in l. à legatis, C. de vectig. appellat præstari debeat? disputat contra publicanos iniquos *Gœd. conf. 7. & 8.* & in pecunia solvi sustinet, ostendens simul, peccare eos, qui accepturi vectigal, vasa vini vel cerevisiæ quæ vehuntur & pro quibus vectigal pendi debet, accipiunt, indeque vectigalium solutionem sumunt, nec prætextu consuetudinis tale factum defendi posse, sed hujusmodi consuetudinem ut irrationabilem & naturali æquitati, publicæq; utilitati repugnantem non valere, & contra tales publicanos ex tertio capite legis Aquiliæ de corrupto agi posse, si ex apertione & evacuatione vasorum sequatur corruptio naturalis bonitatis *Schneidw. §. c. tertio n. 3. Instit. de lege Aquilia.*

Sanè quod in pecunia consistat vectigal, præter alios textus ostendit, *l. universos, C. de vectigal.* ubi dicitur de rebus præstari debere, aliud igitur quam res solvitur cujusmodi est pecunia, indeq; etiam colligitur quod ob non solutum vectigal res ipsa, illud esse dicatur, quod in commissum cadit, *l. 2. C. de vectig.* & hoc corroborari generali consuetudine, quòd ferè passim non per ipsas species, sed per pecuniam vectigal præstatur *Regn. Sixtin. in tr. de regalib. c. 8. n. 59.*

50 *Quomodo puniantur qui vectigal non solvũt.*

† De jure communi res incidunt in commissum & earum dominium ipso jure transfertur in dominum vectigalis, si portas illas res vel merces in loco debito non fuerit professus, *l. commissa cum ibi notatis per Bart. ff. de public. & vectig. Salic. in l. neq;, C. de vectig. & commiss. Iul. Ferret. de gabell. n. 143. Abb. conf. 38. vol. 1. Borcholt. in c. un. quæ sint regal. n. 48. Marc. Anton. Peregrin. lib. 6. de jur. fisci tit. 5. de conductorib. & empt. vect. n. 31. vers. aut verò merces. Andr. Gayl. lib. 2. obs. 51. n. 5. Cravet. conf. 115. n. 1. Bertach in tr. de gabell. part. 9. nu. 9. Roland. in conf. 42. vol. 3.* ubi ait quod res cadit ipso jure in commissum, & rei dominium transit statim in publicanum etiamsi non fuerit requisitus dominus ad solven-

solvendum, quia sponte tenetur profiteri & solvere, *l. fin. §. divi. ubi Bart. ff. de public.* & esse rem indubitatã dicit *Ioan. Petr. Surd. cons. 57. n. 20.* † Hinc rei vindicatione publicani aut fiscus eas petere possunt, & hæc rei persecutio datur adversus quoslibet possessores *Regner. Sixtin. in tr. de regalib. c. 8. nu. 98.* Agens autẽ publicanus aut fiscus rei vindicatione ad res quæ inciderũt in commissum. † Primò probare debet se fiscũ vel publicanum esse, teste *Flor. in l. si uti, §. si quæratur, ff. si servit. vindicet.* quem sequitur *Bertach. de gabell. 4. part. prin. n. 26.* Præterea probare debet fraudem fuisse commissam *arg l. accus. C. de edendo*, nemo enim ꝓpter vectigal non solutum affici potest pœna privationis mercium nisi fuerit in dolo, *Bald. cons. 229. n. 2. lib. 5. Ludolph. Schrad. in tr. feud. part. 9. 2. part. prin. Sec. 7. n. 9. Abbas, cons. 68. n. 2. vol. 1. & Roland. in cons. 42. n. 19. vol. 3.* Et ideo quælibet causa sufficit ut quis excusetur a pœna commissi *Cravet. cons. 905. n. 8. iul. Ferret. de gabel. nu. 155. Pfasc. decis. pedem. 71. Menoch. consil. 98. n. 22 Ber. cons. 96. nu. 10. & 17. Ioseph. Ludov. conclus. 15. illat. 32. Ioan. Petr. Surd. cons. 307. n. 20.* Non etiam sufficit probare quasi possessionem jurisdictionis, sed necesse est ut probetur hoc vectigal ex cõcessione Imperatoris esse impositum, vel tempore immemoriali esse præscriptũ per ea quæ suprà sunt dicta, Si vectigal non sit legitimo tempore præscriptum, neq; ex concessione Imperatoris impositum, est vectigal illicitum, & ideo licitum est fraudare, *Barbat. & Roman. in l. vectigalia, ff. de publican. & vectig. Bald. in l. cum proponas, in fin. G. de naut. fœnor. & l. 1. in prin. & ibi Cornel. in 3. not. C. de caduc. toll. & in l. veluti, in prior. lect. in fin. ff. de just it. & jur. & in l. 2. post Iacob. Butr. ibi, C. de jur. aur. annul. in c. 1. col. 1. quæ sint regal. Petr. Anchor. in c. possess. col. 15. vers. quartò quæritur, de reg. jur. lib. 6. & in c. quanquam, in quæst. 4. de censib. lib. 6. Panorm. in proœm. decretali. Rex pacificus, colum. 3. versic. & ex hoc habet,*

51

52

& in cap.1.col.3.vers.dicit tamen. ibi Felin.col.12.vers.ex quib.verbis & Philip. Decius col.7.vers. tertia conclusio de constit. Idem Panorm. in c. innovamus, circa med. de censib. & cons.13. universitas col. ult. lib.2. Guid. Pap. cons.150. viso ad plenum col.1. Firmian. in tr. gabellarum in 9. part. princ. in 1. quaest.

53 † Et regula, quòd res, quae non profitentur in cōmissum incidant, amplianda est. Primò ut non sit distinguendū an aut ad nautam vel vectorem vel aliū pertineant, ut habetur passim *tot. tit. ff. de publ. & vectigal.* domino tamen mercium qui fraudis particeps non fuit, succurritur adversus nautam vel vectorem, si ob culpam eius in non profitendo admissam merces confiscatae fuerint, ut per *Bald. in l. cum proponas, nu.5. & nu.8. C. de nautic. foenor.* & faciunt quae scribit *Bart. in l. cotem ferro, § dominus. ff. de publ. & vectig.* At si nauta solvendo non esset, tunc restituendus videretur dominus ad merces soluto vectigali, *Cuman. cons. 5. n.41.* Non tamen in commissum incidunt, si mulio, me inscio, merces meas in forum illicitum portavit *Bertachin. de gabell. part. 9. n.9. post Bart. in l.2. C. de navib. excusand. lib.11.* sed ipse mulio praestabit, quantum res meae valebunt. Dominus navis si illicitè aliquid in navem vel ipse vel vectores vel conductores imposuerint, navis quoq; fisco vendicatur: quod si absente domino id à Magistro vel gubernatore vel conductore aut proreta nautáve aliquo factum sit, ipsi quidem capite puniuntur, commissis mercibus, navis autem domino restituitur, *l. contem. ferro. § dominus, ff. de public. & vectig.*

54 † Secundò est ista regula amplianda, ut res non professa etiam in commissum incidat, quāvis persona illa, quae eam emit seu transfert, ex privilegio à vectigalibus sit immunis ut studiosi & alii, nam nihilominus indicari debent, *Bart. in l. fin. §. divi quoq; ff. de public. Bertrachin. de gabell. part. 9. n.25. Cardin. Zabarell. in clem. si. de censib. Marc. Anto.*

Peregr.

Peregr. de jur. fisc. tit. de conduct. & empt. gabell. n. 31. lib. 6. vers. amplia, vel omissa denunciatione: vel res ipsa sit immunis à vectigalibus, *l. fin. §. quoties, ibi. sive usualia, & §. divus quoq; ubi usus causa, ff. de publican. & vectig.* Nisi liqueat publicano hanc personam vel rem esse immunem, vel nisi talis res esset, de qua notoriè constaret, quod non debeatur gabella *Roma. in d. §. divus quoq; n. 2. post Bart. ibid & Afflict. de cap. unic. in verb. vectigalia, n. 89. Schneidw. part. 2. n. 116.* Et de reb. exemptis vel immunibus à vectigalium præstatione libellus testimonialis seu scriptura aut schedula testimonium immunitati perhibens in loco telonei offerri debet, fraudis cavendæ gratia, *l. si public. §. de rebus, ff. de public. & vectig.* & facit pro eodem, quia quoties aliquid speciali ratione licet, quod aliâs regulariter est prohibitum, tunc semper causa specialitatis est exprimenda *Feli. in c. 1. n. 7. de sent. & rejud. & in c. super literis. n. 17. de rescrip. Nicol. Ever. Iun. cons. 2. n. 29. vol. 2.* Et hujusmodi testimoniales habere debet nauta vel vector mercium, quia ad eum spectat bullettæ, sive testimonialium ostensio apud quem merces reperiuntur, *Cuman. in cons. 20.* nisi consuetudo aliud suadeat, quæ in vectigalibus potissimum spectari solet, *l. 4. §. fin. ff. de public.* Et quod portans res vel merces etiam immunes & exemptas à vectigalium præstatione, teneatur tamen earundem denunciationem sive professionem facere in loco telonei cum oblatione literarum testimonialium, ex quib. appareat ejusmodi res esse immunes vel exportari licitas probat *Bald. in cons. 79. nu. 4. in 2. vol.* ubi movetur ex eo, quia nisi sic diceremus, tunc facillimè fraus fieri posset vectigalibus apponendo merces aliorum nō exemptas, quod omnino ne fiat cavendum est, *l. Sacros. C. de Sacros. Eccles.* Et hanc Baldi sententiam tenent etiam *Petr. de Anchor. in clement. præsenti, qua est clem. fin. col. 1. de censib.* Et sequitur *Carol. Ruin. in cons. 112.*

55

num.8.in vol. Ægid. Boss. in tr. suo crim. sub tit. de fraudantibus vectig. n.10. Nicol. Ever. Iun. cons. 2. nu. 30. vol. 2. Et quoniam res ista, utrùm scilicet & quatenus merces à vectigalib. sint immunes, aut portari licitæ aut illicitæ indiget aliqua inquisitione, per ea quæ notantur *in clem. ult. de censib.* meritò illa cognitio nõ debet spectare ad portãtem merces, cùm nemo sua authoritate jus sibi dicere queat. Paria aũt sunt nullas omnino habere testimoniales vel habere quidem sed eas imperfectas aut sufficientes *Alex. in cons. 215. incipit. visis probationib. post prin. 2. vol. per l. polla. in fin. C. de his quib. ut indig. & in l. 2. § 1 ff. quemad. testam. aperiant,* Idem tenet *Nicol. Ever. Iun. cons 2. n. 31. vol. 4.* † Si de

56 professione facta vel non facta inter telonarium & vectorem oritur contentio, telonario creditur, donec vector probat, se professionem legitimè fecisse, ꝙ ei qui dicit, nõ qui negat probandi onus incumbat, *l. 1. & 2. ff. de probat.* & officialibus in pertinentib. ad officium suum sit credendum, *l. magis puto, ne tamen, ff. de reb. cor. & c. cum parati, de appellat. l. 1. §. carnis, ff. de offic. praefect. urb. l. Imperator, C. de exact. tribut. libr. 10. l. si quis Decurio. ff. ad l. Cornel. de fals.* per ea quæ sic voluit, *Bald. in tr. de tabellion. num. 45. & Carol. Ruin. in consil. 56. num. 5. in 1. vol.* facit, *l. quoties, C. de ponderat. & aur. illat. lib. 10.* Et in terminis ita sentit *Nicol. Everard. Iun. consil. 2. post num 33. & 34.* ubi dicit, quòd nisi ita dicamus tunc aut conditio telonariorum futura esset omnium difficillima aut aperienda esset via fraudanti vectigalia & eludendi constitutiones telonariorum.

57 † Si quis aliqua quasi omnia profitetur, eo ipso reliqua negat ac proinde similis est fraudatori *per l. hæreditatum, §. fin. ff. ad l. falcid.* & proinde incidit in pœnam commissi, *Nicol. Ever. Iun. cons. 2. nu. 39. vol. 2.* Nec potest pœnitere nec moram purgare, quòd omissio professionis, vel professio non integrè facta

est

est delictum per se, quod statim consummatur atq; professionem quis infideliter facit, in delictis autem, sive verbo sive facto consummatis pœnitentia non admittitur, *l. qui ea mēte, cum ibi notat. ff. de furt.* & professio non facta vel non integrè facta secum trahit executionem & pœnam commissi ipso jure seu ipso facto, nec requirit sententiam, *l. commissa, ff. de public. & vectig.* Ideo pœnitentiæ locus esse non potest, *arg. l. fin. C. locat.* & facit, *Cod. ab eo, de elect. in 6.* per quæ sic scribit *Bald. in cons. 34. nu. 6. vers. præterea istud, in 6. vol.* Eoque magis amplectendam esse hanc sententiam, quia nisi ita diceremus, aperiretur via committendis fraudibus, quibus jura omnem occasionem præcludi volunt ait, *Nicol. Everard. Iun. consil. 2. num. 30. volum. 2.*

† Pœnam quoq; fraudati vectigalis incurrit, qui à recta via deflectens telonium prætervehit, *Bart. in l. qui fiscales, n. 1. & Rebuff. n. 1. C. de navicul. lib. 11. Bertachin. de gabell. part. 9. n. 14. Afflict. in c. unic. verb. vectig. n. 52. Alberic. de statut. part. 2. q. 4. Brun. in simili tractatu, verb. decretum, vers. statutum prohibet, Cravet. consil. 115. nu. 6. Bertrand. cons. 116. nu. 8. vol. 2. & Mascard. de probat. conclus. 834. num. 23.* nisi justa aliqua causa adsit, quod fortè via usitata, sit aquis operta, prærupta, salebrosa vel hostium & prædonum excursionibus exposita *Castrens. in l. ult. § si propter, de publican. Salicet. in l. 3. in fin. C. de naut. fœnor. Mascard. d. loc. num. 35. Bertachin. d. loc.* An autem si ob transitum per pontem sit solummodo vectigal aliquod solvendum, mihi liceat vadum transire ad hoc ut evitem vectigal? quæritur? hac in re consuetudinem esse spectandam dicit *Baldus in l. si cum pecuniam, C. de privil. fisci Schneidw. de feud. part. 2. num. 114. præposit. in c. unic. num 3. quæ sint regalia.* 58

† An ēt forensis & istic loci vectigal esse solvendū ignorans, in pœnā commissi incidat, si res non profiteatur 59

fiteatur publicano quæritur? & si est ignorātia crassa & supina nō est dubium quin incidat, *l.fin.§.licet quis, ff.de public.* Si est ignorantia non adeo improbabilis, mitiùs punitur, nimirum solutione dupli vectigalis *d.l.fin.§.divi quoq; fratres*: si verò ignorantia est justa, plenè excusatur. Ad hoc enim ut res ipsa ob non factam professionem in commissum cadat, dolus requiritur, per ea, quæ suprà dicta sunt.

60 † Si telonarii vident, sibi non esse factam integram professionem mercium, possūt etiam retinere merces, quod satius sit in rem incumbere quam in personam agere per ea, quæ habentur *in §. retinendæ, Instit.de interdict.Nicol. Ever.Iun. cons.2.num.41.vol.2.* Et quòd telonariis contra nautas, aurigas, & reliquos, qui vectigalia non solvunt, via executiva & detentio permittatur ait *Castrens.consil.455.libr.1.Bald. consil.238.libro primo, Petr.Becc.in tr. de jure sistendi cap.4 num.22.*

61 † Planè reperiuntur nonnulli casus in quibus pœna commissi non habet locum. Primò, si professio non fuit omissa, sed solutio tantùm, tūc res in commissum non incidunt, sed vectigal solùm, quod solvi debuerat, in pœnam non solventis duplicatur, *l.fin. §.si quis professus, ff.de publican. Bertachin.de gabell.part.9.num.6.Bart.in l.commissa, ff.de publican. Salicet.in l.si quis, C.de vectigal.Cumens, consil. 5. Boss. in tit.de fraudantib.vectig.num.13.Roland.à Vall.consil.42.num.8. volum.3.Peregr.de jur fisci titul. de conduct. & emptor.gabell.num.35.limitat.7.lib.6.Ever.Iun.consil.2.num.28. volum.2.*

62 † Secundò si quis partem profiteatur, partem taceat aut occultet, saltem res non professas amittit, non reliquas *Bart. & alii in l.cotem ferro, §.dominus, ff. de public.& in l.cum proponas, C. de naut.fœnor. Curt.de feud.part.1.rubr.1.de feud.cleric.q.6.n.12.Bertachin.de gabell.part.9.num.8.*

† Tertiò

† Tertiò licitè portata non committuntur vel confiſcantur propter aliqua illicita & contra prohibitionem exportari tentata, ſecundùm *Bart. in l. cotem ferro, § dominus, ff. de public. & vectig.* & facit, *l. publicanus, § de rebus, ff. eod.* idemque tradit *Bertachin. in tr. de gabell. part. 9. num.* 13. ubi quærit, ſi quis portet multas res ſimul partim immunes à vectigalibus, partim non immunes, an propter vectigal non ſolutum de his, pro quibus ſolvi debuit, res omnes incidant in commiſſum? Et reſpondet, quod non omnes incidant, ſed illæ tantùm, pro quibus vectigal ſolvi debuerat, ut ibi latiùs per ipſum. Et ita quoque ſentit *Bald. in l. cum proponas, num. 4. C. de nautic fœnor. Nicol. Ever. Iun. conſil. 2. num. 26. volum. 2.* Quod ſanè verum eſt, niſi ſtatutum vel conſuetudo aliter habeat. Nam poteſt ſtatutum diſponere, quòd etiam licitè portata committantur & confiſcentur propter illicita, idque ob avaritiam & incivilem audaciam eorum qui frequenter vectigalia fraudare conſueverunt, ut per *Bald. in d. l. cum proponas, num. 4. & 5.* ubi ſubjicit, etiam conſuetudine induci poſſe ut propter aliquas illicitas merces confiſcentur omnia abſque inquiſitione ad quem ſpectent illæ res, pro quo faciunt etiam ea, quæ ſcribit *Raph. Cum. in conſ. 5. n. 12.* quanquam judex, ubi ſtatutum vel conſuetudo non extat, ſuo ex capite propter aliquas merces illicitas res omnes confiſcare non poſſit, uti voluit idem *Bal. in d. l. cum proponas, n. 4. circ. med.* 63

† Quartò ſi ſocius rem communem ſine ſocii voluntate non profiteatur, non profitentis ſola pars committitur, *l. fraudati vectigalis, §. ſed ſi unus, & ibi Dd. ff. de publican. Bertachin. de gabell. part. 9. numero vigeſimo ſexto.* 64

† Quintò non incurritur in pœnam commiſſi eo caſu quo publicanus remittit ſolutionem vectigalis, *l. fin. § ſi quis confeſſus, ff. de publican.* 65

† Sextò

66 † Sextò non incurritur in pœnam commissi eo casu, quando ob necessitatem adversæ tempestatis onus exponitur, *d.l.fin.§.si propter.*

67 † Septimò non incurritur in pœnam commissi eo casu, quo publicanus decepit profiteri volentem & in errorem induxit, *l. 16.§. Divi quoque, Marcus, ff. de publican.*

68 † Excipiuntur etiam à pœna commissi milites ob omissam professionem mercium, *l.omnib.C. de vectig. & commiss.* Item subvenitur pupillis, modò vectigal intra diem tricesimam solvant, *l.Imperator, § ff. de publican.*

69 † Subvenitur quoq; minoribus per restitutionem in integrum, si res eorum in cōmissum cecidisse dicantur, nec dolus intervenerit, *l.si ex causa, § penult. de minorib.* tandem notādum est, quòd is, qui in via non patitur se perscrutari à publicano non dicitur fraudasse vectigal, sed punitur de sola resistentiâ *Bertachin. de gabell. in 9. part. princ. in §. 1. n. 23.*

70 † Est autem actio commissi, actio in rem, ideoq; quilibet possessor rei commissæ hac actione tenetur *l. Imperatores 7. & l. commiss. 13 ff. de public.* si tamen res sine dolo aut culpa possessoris perierit seu nō extat, eius æstimatio peti non potest, *l. 2. & ibi Dd. C. de vectig. Bertachin. de gabell. part. 9. n. 5.* ubi dicit quòd fraudans ratione interitus etiam de lata culpa teneatur *post Bart. in l. fin. C. sine censu vel reliq.*

71 † Et competit hæc actio intra quinquennium; *l. 2. C. de vectig.* post lapsum quinquennii à die commissi computandum res commissa peti non potest, *Bart. in l. in omnib. ff. de divers. & tempor. præscript. & in l. commissa, in fin. ff. de public. & in l. 2. c. de Apostat. Bald. in l. 3. c. si propter public. pensitat.* ubi in fin. dicit, quòd si ex forma statuti res ipso facto debet ad commune devenire ob non solutas collectas, tale jus durabit quinquennio tantùm & *Alex. in cons. 31. in fin. vol. 5.*

infert

infert quòd non poteſt ultra quinquennium moleſtari quis eo, quòd publicas non fecerit functiones ſecundùm ſtatuti formam, *Balb. de præſcript. part. 2. part. 5 principal. q. 1. in princ. n. 4. Bertachin. de gabell. part. 9. n. 5. Ioſeph. Maſcard. de probat. concluſ. 836. vol. 2. Petr. Greg. Toloſ. in Syntagm. jur. univerſ. c. 17. n. 6. lib. 3.*

TITULUS XI.

De jure protectionis vel advocatiæ, Von Schutz vnd Schirmsgerechtigkeit.

SUMMARIA.

1. *De iure protectio & tuitio ſubditorum ſicut & cuſtodia territorii ſpectat ad officium domini iſtius loci.*

2. *Is, qui aſſerit ſibi competere ius protegendi alterius ſubditos, hoc ius probare tenetur.*

3. *Nemini ius protegendi alterius ſubditos competit niſi cui hoc ius eſt conſtitutum.*

4. *Ius protectionis vel advocatiæ poteſt conſtitui per præſcriptionem.*

5. *Poteſt etiam conſtitui hoc ius protegendi pactionibus & ſtipulationibus vel teſtamento.*

6. *Subditi*

6. Subditi non possunt sine consensu domini se subiicere alterius protectioni.

7. Subditi non possunt sine consensu domini se subiicere alterius protectioni etiamsi protectio magnam præstet utilitatem & securitatem civibus & incolis.

8. Si subditis vis, iniuria vel contumelia inferatur, & ab iis ordinarius auxilium imploratus vel nolit vel non possit defendere, licet subditis uti extranei domini protectione.

9. Si subditi ius recipiendi protectores præscripserunt, similiter possunt subditi uti extranei domini protectione.

10. Ius protectionis, clientelæ vel advocatiæ patrono seu protectori vel Advocato nullã iurisdictionem in clientes suos tribuit; **Schutz vnd Schirmsgerechtigkeit giebt keine Obrigkeit/entzeucht auch dem rechten Herrn an seinem Rechten nicht daß allergeringste.**

11. Advocatus vel protector per ius protectionis nullum nanciscitur dominium.

12. Protector ac defensor nõ plus iuris cõtra iniurias inferentem vel gravantẽ nancisci-

tur,

tur, quàm ipse cliens habet, inde patrono non est permissum alio modo protegere ac defendere, quàm eo quo clienti se tueri fas est, & protector non potest nec debet clientes defendere in causis iniustis.

13. *Ex iure advocatiæ vel protectionis superioritas inferri non potest.*

14. *Cuius sumptibus protectio fieri debeat?*

15. *Protector non aliter nisi requisitus clientibus succurrere, eosq; defendere tenetur.*

16. *An protector etiam invitis clientibus succurrere possit?*

17. *Pro iure protegendi competunt actio confessoria & negatoria.*

18. *Quomodo ius protectionis & advocatiæ amittatur.*

19. *Clientes si semel alicuius protectioni se subiecerunt, istius protectionis pertæsi, non possunt invito protectore ius protectionis excitare, nisi pacto ab initio renunciationem sibi reservarunt.*

20. *Si patronus iure protectionis abutitur, iure protectionis privatur.*

1 DE † jure, protectio & tuitio subditorum, sicut & custodia totius territorii, spectat ad officiũ domini istius loci, *l. illicitas*, §. *ne potentiores*, *ff. de offic. præsid. Bart. in l. nequid. circ princip. ff. de incend. Guid. Pap. q. penult. n. 10. Boër. decis. 304. n. 6. Roland. cons. 18. n. 28. vol. 3. Rip. in tr. de remed. ad conserv. ubert. nu. 184. Ioan. Petr. Surd. cons. 289. n. 3.* Schutz / Schirm vnd protection der Vnterthanen / stehet zu vnd gebühret allein den Erbherrn / die vber die Vnterthanen alle Bottmessigkeit vnd Obrigkeit haben. † Unde is qui asserit sibi competere jus protegendi alterius subditos, hoc jus probare tenetur, cùm præsumptio juris transferat onus probandi in ipsum, *l. generaliter, si petitum, in fin. ff. de fideicommiss. libert. l. ult. in princ. ff. de eo, quod met. caus. l. nuptura. in fin. ff. de jure dot. l. si chirographum, & in l. cum de indebito, in princ. ff. de probat. l. sive possidetis, C. de probat. Menoch. lib. 1. præsump. 33. nu. 1. 2. 3. 4. Idem Menoch. lib. 4. præsumpt. 1. num. 6. Gayl. lib. 2. obs. 128. num. 12. Idem Gayl. de arrest. c. 7. nu. 4. Mynsing. cent. 5. obs. 68. Gabriel. lib. 1. de probat. conclus. 6. num. 4.*

2 † Nemini igitur jus protegendi alterius subditos competit, nisi cui hoc jus est constitutum. † Potest 3 autem constitui per præscriptionem, *l. 2. C. de servit. & aq.* Est enim quasi servitus & cùm notissima Germaniæ consuetudine observetur, ut ad hæredes trãseat, inter servitutes reales censendum esse puto. Et quoniam jus protegendi sine facto hominis exerceri non potest, consequens est, esse quasi servitutem discontinuam, ideoq; non præscribi nisi tanto tempore, cujus initii memoria non extat, *l. servitutes, l. 14. ff. de servitut. & ibi gloss. ordin. Bart. Paul. & Com. Dd.* Ex tanto tempore præsumitur concessio sive consensus domini subditorum per ea, quę tradit *Paul. & Dd. communiter, in l. servitutes l. 4. ff. de servitut. &*

Paul.

Paul.in l.justo,§.non mutat,ff.de usucap. Advertendum autem hîc est primò in præscriptione immemoriali non requiri scientiam & patientiam domini *gloss. & Angel.de Perus.& alii Dd.in l.ex hoc jure, §.ductus aqua, ff.de aqu.quotid.& astiv. Paul. de Castr. in d. l.servitutes. Iason in l.imperium num.* 21. *ff. de jurisdic.omn.judic. Felin.in c.de quarta, de prascript. Francisc. Balb.*ubi dicit, hanc esse magis communem 2.*part.* 4.*part.princip.* 1. *quast.*

Secundò advertendum, quod dictum est, hoc jus, quasi servitutem discontinuam, non præscribi nisi tempore immemoriali esse verum, quando præscribens non habet titulum ab aliquo tertio: si habet titulum ab aliquo tertio potest præscribere tempore legitimo & ordinario, 10. annor. inter præsentes, & 20. inter absentes, etiam nullâ interveniente scientia & patientia adversarii contra quem præscribitur *l.ult.vers.fin.C.de prascript.long.temp.l.si ego, §.1.ff.de publician. Paul.de Castr.in l.servitut.4.ff.de servitut. Cæpol. in tr.de servit.lib.1.cap.19. versic.tertius casus. Francisc. Balb.in tr.prascriptionum in 2. part. 4.part.principal. 1. quast.vers.2.fallit. Felin.in c.de quarta,de prascript.penult. col.in fin.*

† Potest etiam constitui hoc jus protegendi pactionibus & stipulationibus vel testamento sicut communiter servitutes constituuntur, *§.fin. Instit.de servit.pradior.l.si partem, §. 1.ff.quemad.servit. amittat.* 5

† Subditi non possunt sine consensu domini se subiicere alterius protectioni, nemo enim in alterum transferre potest, quod ipse non habet, *l.nemo plus, ff. de reg.jur.* Et non licet subditis contractum ullum facere in præjudicium domini sui *Bald. in l. debitorum, Cod.de pact.per l.si unus, §.ante omnia, ff. eod. Socin. Iun.consil.* 1.*num.* 66.*volum.* 4. *Natt.consil.* 160.*numero* 28.*& consil.* 309.*numero tertio, Roland.consil.* 29.*numero decimo sexto, volum.* 1. Quàm autem periculosa 6

ſit aliorum protectio & quantopere protectores ordinarium clientum ſuorum magiſtratum quali ex cauſa ſæpè inſectentur, ſubditos contra eum, & ibi ubi juſtiſſima animadvertendi vel mulctandi cauſa eſt, ſub protectionis ſpecie defendentes vel alia ſibi vendicantes: & protectionis jus itidem reſpectivè & ſubjectionis & juriſdictionis initium extitiſſe, experientia & hiſtoriæ docent. Præter id in eo ordinarii iuriſdictioni aliquid detrahitur, quòd defenſionis dignitas, quæ ſui natura juriſdictionem comitatur, ſicut propter defenſionem ſubditorum & juſtitiæ hæc etiam inventa & conſtituta eſt, ab ordinario ad alium transfertur. Unde Principem vel comitem alium magiſtratum ordinarium ſuos alterius protectioni inſcio eo, & ſine legitima cauſa ſeſe ſubjicientes injuriarum convenire poſſe, *per l. 1. §. 2. ff. de injur.* exiſtimat. *Frider. de mandat. lib. 2. cap. 14. num. 4.* Nec obſtat, *c. recipimus, & cap. ex parte, extr. de privileg.* Utrumque capitulum loquitur de ſpeciali protectione eius, qui aliâs eſt univerſalis protector & ſuperior. Et ita cùm Imperator ſit univerſalis protector & ſuperior, *l. deprecatio, ff. ad l. Rhod. l. benè à Zenone, C. de quadrien. præſcript.* nihil novi fit, ſi Imperator aliquem in ſpecialem protectionem recipiat, unde *Panormitanus in d. c. recipimus, num. 4 de privileg. & Anchoran. conſil. 87. num. 2. Natt. conſil. 237. num. 2.* ajunt, parum operari tales receptiones in protectionem, imò quando Imperator privatas perſonas in protectionem ſpecialem recipit, inde tamen nemini præjudicat, *Panorm. in c. ex tenore, cl. 2. aliâs ex parte, de privileg.* aliud eſt in reliquis principibus, qui nihil ſuperioritatis habent in alienos ſubditos: igitur illis ſe immiſcere non debent.

Pertinet enim ad proprios & ordinarios dominos ſubditos ſuos tueri atque defendere ut ſupra eſt dictum. Et nemo debet ſe de officio alterius intromittere

mittere ut notat *Bart. in l. provinciis, num. 1. C. de numer. actuar. lib. 12.* hinc in causa Meyntz contra Erffurt correferens judicavit pronunciandum esse. daß Rathsmeister und Rath der Statt Erffurt nicht gebühret noch geziemet habe/so viel die Statt Erffurt dero Bürger unnd Einwohner belangent/ die Chur: und Fürsten zu Sachsen zu Erbschirm auffzunehmen/ ut traditur *in Symphorem Supplicat. Camer. Imperial. part. 1. titul. 2. vot. super materia conventionis.*

† Et quod dixi subditos non posse sine consensu domini se subiicere alterius protectioni in tantum est verum, ut non possint absque consensu domini se subjicere, etiamsi protectio magnam præstet utilitatem & securitatem civibus & incolis. 7

† Sunt tamen duo casus, in quibus subditis licet uti extranei domini protectione. Primus est, si subditis vis, injuria vel violentia inferatur, & ab iis ordinarius auxilium imploratus vel nolit vel non possit defendere. Civitas enim subjecta Regi, quæ à potentioribus locis molestias patitur, si imploret auxilium Regis, nec sit aliqua spes de auxilio, potest se alteri in totum submittere, *Bald. in c. 1. secunda lectione, num. 9. vers. præterea, extr. de judic.* ubi addit, quòd propter istam rationem multa regna hodie non sint sub Imperatore *Felin. in c. cum nobis, num. 2. vers. octavò considero. de præscription. Brun. consil. 86. in fin.* Ergò multo magis potest in protectionem se dare, quæ minus præjudicii habet, cum jurisdictionem non auferat, *l. non dubito, de captiv. & postlim. reversf. Bartol. in l. 1. num. 7. C. de excusat. muner. lib. 10.* Hoc tamen in casu ut legitimè fiat deditio in protectionem, ait *Petr. Frider. de mandat. lib. 2. c. 14 num. 4. in fin.* proximè superiorem in protectorem esse deligendum juxta *c. recepimus, & c. ex parte, de privileg.* nisi justæ sint causæ, quare alium deligamus, scilicet quòd hic propter viciniam ardenti malo succurrere possit, ille supe- 8

9 rior non itidem. † Alter casus est, si subditi jus recipiendi protectores adversus dominos præscripserunt: quo tamen in casu est notandum si subditi præscripserunt jus recipiendi protectores ad tempus, nō possunt se dare in perpetuam alicuius protectionem. Facilius enim quid ad tempus conceditur de jure, quàm in perpetuum ut patet in servitutibus, carceribus, alienationibus & contractibus plerisq; *c.1.extr.ut ecclesiast.bona, Ioan. Calderin. consult. de V.S.*

10 † Ius patronatus, protectionis, clientelæ vel advocatiæ patrono seu protectori vel advocato nullam jurisdictionem, imò ne micam quidem jurisdictionis in clientes suos tribuit, & ideo clientes schirms verwanten non efficiuntur subditi, sed in protectionem & tutelam recepti, manent sub jurisdictione ordinaria & sui magistratus, & suo magistratui in omnibus ut antea, parere debent, Schutz vnd Schirm giebt keine Obrigkeit / entzeucht auch dem rechten Erbherrn an seinem rechten nicht daß allergeringste / jurisdictioni ordinariæ nihil derogat, nullumque adfert præjudicium, *c. recepimus, de privileg.* ubi dicitur si verò ad judicium perceptę protectionis census persolvitur, non ex hoc juri episcopi videtur aliquid esse subtractum, & dicit Panormitanus nota ex fine literæ quòd per receptionem factam sub protectione non detrahitur in aliquo juri aliorum, quod nota in facto, quia quotidie domini temporales potentiores recipiunt minus potentes sub protectione eorum. Nam per hoc non præjudicatur juri aliorum in aliquo, & sic habentes jura parata possunt hoc non obstante liberè exercere. Et quòd protectio non tribuat jurisdictionem & receptus in protectionem alterius remaneat sub jurisdictione ordinaria tradit *Andr. Gayl. 2. obs. 54.* Cum igitur ordinariæ jurisdictioni nihil detrahitur & protectio & tuitio ad dominum subditorum & territo-

rii

rii spectat, exinde sequitur, quòd ipse adhuc ordinarius occasion., usuq; vel necessitate ita ferente, subditos, etiamsi alium protectorē elegerint, jure magistratus & generalis jurisdictionis defendere teneatur. Nec advocatus vel protector per jus protectionis nanciscitur aliquod dominium per *c. praeterea*, 23. *de jur. patron. c. in singul. regnis, de statu monach. Bald. in l. fin. Cod. de edict. div. tollend. Butr. in cap. examinata, de judic. num.* 11. *Panorm. in c. quia clerici, de jur. patron. Hostiens. in summ. de jur. patron. §. quid competat*, *Duaren. de Sacros. Eccles. ministr. lib. 5. c. 4. post princ.* Sed jus protectionis secum adfert, ut clientes contra vim & violentiam aliorum defendantur, *l. non dubito*, *§. 1. ff. de capt. & postlim. revers. Bud. in l. Herennius, ff. de evict. Modestin. Pistor. cons. 43. num.* 20. † Quia verò protector ac defensor non plus juris contra injurias inferentem vel gravantem nanciscitur, quàm ipse cliēs habet, indè sequitur: Primò quod patrono vel protectori non sit permissum alio modo protegere ac defendere, quàm eo, quo clienti se tueri fas est, & ideo ubi cliens abstinere debet ab armis & jure experiri, non licet patrono vel protectori arma sumere; Secundò inde sequitur, quòd protector non possit nec debeat clientes defendere in causis injustis, vel ubi clientes justè offenduntur. defensio n. cōtra iniquos saltem oppressores permittitur. † Cū igitur jus advocatiæ vel protectionis neq; jurisdictionem, neque dominium tribuat, ex eo jure superioritas vel jurisdictio, sive advocatia sit simplex, sive adjunctam habeat administrationis inspectionē inferri, concludi aut probari non potest, *Bar. in l. etiā hi qui n. 2. C. de excusat. mun. Decia. cons. 58. n. 122. vol. 1. Abb. in c. ex parte, de priv. Dec. in c. ad audientiā n. 3. de appel. Mustar. de prob. conclus. 713. n. 3. Gail. lib. 2. obs. 54 n. 4. Castr. cons. 363. n. 3. vers. verba autem alia, vol. 1. Bar. Soc. cons. 74. n. 7. vol. 1. Natt. cons. 636. n. 1. Simon. Pist. cons. 19. n. 18. Wesenb. cons. 48. n. 30. Schurff. cons. 23. cent. 3.*

11

12

13

 †Hic

14 † Hîc quæri solet, cujus sumptibus protectio fieri debeat? Et si quidem convenit, cujus sumptibus debeat expediri, eam conventionem esse servandam, nemini est dubium, *l.1. § si convenit. ff. depos. l. 1. de pact. l. 1. de constit. pecun.*

Si non apparet, quid actum est, consequens erit, ut id sequamur, quòd in regione frequentatur, *l. 34. ff. de regul. jur.* Si neque regionis mos appareat, protector sumptibus clientelaribus opem feret. Est enim regulare, eum sumptus præstare teneri, cujus gratia actus celebratur, *l. sed etsi, §. 1. ff. ad exhibendum*, & protector non præsumitur promisisse ut sumptus de suo faceret, etiamsi ei constitutum fuerit annuum salarium *arg. l. idemque 10. §. idem Labeo, ff. mandati*, accedit *Petr. Frider. de mandat. libro secundo, cap. 14. num. 8.* Et in dubio secundum promissorem interpretatio est facienda, *l. quicquid astringendæ, 99. ff. de V.O.*

15 † Protector non aliter nisi requisitus clientibus succurrere, eosque defendere tenetur, idque exemplo vasalli qui non nisi requisitus servitia præstare est devinctus, *c. 1. de nov. form. fidelit. c. 1. in fin. an ille qui interfec. fratr. domin.* Nisi protector sciat, clientibus magnum periculum imminere, vel eos obsideri vel detineri vel de improviso impetum in eos fieri: tūc enim protector etiam non rogatus tenetur succurrere, cum sciens certiorandus non sit, *l. 1. in fin. ff. de act. empt.* & vasallus, si sciat domino magnum periculum vel aliud imminere, etiam non vocatus sub feudi amissionis periculo succurrere debeat, *Schrad. in tr. de feud. part. 6. c. 6. nu 38. Rosent. in tr. feud. c. 8. conclus. 26. n. 7.*

16 † An verò protector etiam invitis clientibus succurrere possit? existimo cum *Petr. Frider. de mandat. libr. 2. c. 14. nu. 11.* si protector sua interesse putet jus defensionis tueri, etiam non rogatum succurrere posse.

posse. † Sicut pro servitutibus competunt duæ actiones, confessoria & negatoria, confessoria ei, qui negat servitutem esse debitam: ita etiam istæ duæ actiones, dantur pro jure protegendi. Hæ enim duæ actiones dantur pro omni jure incorporali, *Ioan. Faber. in §. æquè Instit. de actionib.* ubi dicit hoc sentire Dd. juris canonici *in c. constitutus, de religios. domib.* & citat etiam ad hoc, *cap. veniens de præscript.* & per hoc dicit omnes Dd. tenere *in c. tua & in c. probibemus de decim. Bald. in rubric. C. de usufruct. num. 1. Idem Bald. in l. 1. ff. si cert. petat. Schurff. consil 69. num. 12. & consil. 78. cent. 1. Guid decis. 148. Ias. in d. §. æquè, & in vol. sing. c. 11. lib. 1. & cons. 6. vol. 2.* 17

† Amittitur jus protectionis instar servitutum non utendo, ubi tamen animadvertendum est sicut vasallus non requisitus, feudum non amittit etiamsi longissimo tempore steterit, quòd non servivit, *c. 1. §. ad hoc & ibi Dd. hic finitur lex, c. licet, si de feud. defunct. Rosent. in tr. feud. c. 8. conclus. 26. num. 2.* Ita quoque non amittitur jus protectionis si patronus vel protector longissimo tempore non fuit requisitus, **Da ein Schutzherr / in bedenckung der Unnotturfft oder daß man sich sonst behelffen und entschulten möge / eine gar lange zeit nit** requirirt **würde /** præscribirt **und verjährt sich darumb die Schutzgerechtigkeit nicht /** exemplo vasallorum qui longissimo tempore non servierunt dominis, vel quia non fuit opus, vel quia dominis aliorum auxilium sufficiebat. 18

† Clientes si semel alicujus protectioni se subjecerunt, istius protectionis pertæsi non possunt, invito protectore, jus protectionis excutere, nisi pacto ab initio renunciationem sibi reservarunt, quia semel jus alicui quæsitum sine facto & consensu suo ei auferri non potest, *l. fin. ff. de pact. l. id quod nostrum, ff. de regul. jur.* 19

† Verùm si patronus jure protectionis abutatur, 20

in clientes sæviat, pro defensione opprimat, pro patrocinio oppugnet, gravet vel premat, rebus bonis & privilegiis clientum abutatur, jure protectionis privatur, *cap. unic. § publici latrones, vers. quicunque, de pac. tenend. & eius violat. Zas. de feud. c. 10. nu. 55. Thom. Mich. de jurisdict. conclus. 55. in gloss. D.*

Titulus XII.

An universitates, quales sunt civitates, oppida, pagi, & villæ possint absq; consensu, confirmatione & authoritate sui domini & magistratus sibi eligere consules, defensores & administratores vel alias personas, quę bona, jura & res inhabitantibus communes gubernent? Et an magistratus super legalitate electarum personarum inquirere, easdemq; removere possit? Ob Stätt / Dorffschafften vnnd andere communen ohne vorgehend bewilligũg authoritet vnd confirmation jhrer Obrigkeit vnd dero Beampten / Burgermeister / Heimberger / Hirten / Schützen vnd anderer Personen / so jhre gemeine Güter verwalten vnnd der Statt / Fleckens oder Dorffs gemeine Geschäffte verrichten / wählen mögen? vnd ob nicht die Obrigkeit

keit in rechten befügt seye / zuvorderst / ob die zu solchen Aemptern erwöhlte / darzu qualificirt vnd dienlich zu inquiriren / vnd da sie nicht taugentlich befunden werden / dieselbige zu removiren / vnnd den Inwohnern vnd Leuten deß Orts zu befehlen / andere bequeme vnd taugliche zu erwehlen?

SUMMARIA.

1. *Circa electionem officialium consuetudo attendi debet.*

2. *Consuetudo potest de prohibito facere permissum & econtra.*

3. *Per consuetudinem datur iurisdictio.*

4. *Consuetudo habet vim derogativam, interpretativam & limitativam.*

5. *Consuetudo æquivalet veritati.*

6. *Consuetudo habet vim pacti.*

7. *Quando sumus in jure consuetudinario, quod servatum est præteritis temporibus, ita deinceps quoque servari debet.*

8. *Quæstio nova non esse potest, quæ antiquitus per consuetudinem est definita.*

9. *Quod*

9. *Quod universitas non possit sibi eligere consules sine authoritate superioris, tenet Guido Pap. decis. 106. & 631.*

10. *Secundum Guidonem Pap. Curia Franciæ non permittit facere proprium & bursam communem, imò nec congregare sine licentia superioris pro faciendo & constituendo procuratorem.*

11. *Lex loquens in Principe videtur militare etiam in inferioribus habentibus iura Principis in territorio suo.*

12. *Domini merum & mixtum imperium habentes, subditis sunt loco patris.*

13. & 14. *Sicut pater curam filiorum habet, quomodo se habeant in eorum negociis: ita & dominus merum & mixtum imperium habens circa subditos, inspectionem suam diligentem habere debet.*

15. *Ius visitandi competit ordinariis.*

16. *Universitas potest habere quædam bona, iura & res communes inhabitantibus universitatem.*

17. *Qualibet civitas villa vel pagus indiget administratoribus & defensoribus, qui res communes gubernant.*

18. *Parum esset civitatem iura habere,*

re, nisi essent, qui ea administrarent.

19. *Sicut minores subsunt curatoribus, sic Respub. subest administratoribus & defensoribus.*

20. *Defensor civitatis vel pagi fungitur vice curatoris.*

21. *Defensores eliguntur ex decurionibus, seu consiliariis civitatis,*

22. *Hi defensores & administratores tenentur Reip. rationem suæ administrationis reddere.*

23. *Alius est magistratus qui iurisdictionem exercet, alius administrator qui res universitatis gubernat.*

24. *Nisi aliud consuetudine sit receptum talium defensorum seu administratorum electio ad homines civitatis, villæ vel pagi liberè pertinet, citra superioris confirmationem, qui etiam circa electos super eorum legalitate inquirere nequit ad removendos, nisi notoriè eos propter crimen vel aliâs inhabiles esse constat.*

25. *Vnaquaque universitas circa administrationem rerum suarum liberam habet potestatem.*

26. *Potest*

26. *Potest universitas statuere, ne quis audeat venari in territorio suo.*

27. *Potest universitas absque consensu & confirmatione superioris officiales suos eligere, neque penes superiorem ius est super inhabilitate electorum & remotione eorundem absque legitimis iudiciis praecedentibus vel manifesto & notorio defectu inquirendi.*

28. *Interventus superioris in actibus universitatum non videtur necessarius nisi ubi agitur de magno praeiudicio.*

29. *Homines universitatis vel villae faciunt tallias vel impositiones pro necessitate villae sine licentia superioris & ipsius officiariorum.*

30. *Interventus superioris vel eius confirmatio in electione officialium universitatis non requiritur.*

31. *Non quicquid potestati alicuius permittitur, necessitati iuris subiicitur.*

32. *Guidonis Papae decis.* 631. *& decis.* 106. *declarantur.*

33. *Respondetur ad l. penult. C. de offic. rector. provinc.*

34. *Pater non gravat filios oneribus insolitis, sed laborat ut filiis acquirat, non ut spoliet.*

35. *Cui non competit ius administrandi, eidem non competit ius visitandi.*

36. *Superiori non competit ius administrandi bona civitatis, pagi vel villæ.*

37. *Res universitatis non sunt superioris universale dominium habentis, quantum ad proprietatem.*

38. 39. *Superiori vel ordinario magistratui non competit ius administrandi negocia & bona civitatis, pagi vel villæ; & per consequens non competit ei ius visitandi.*

40. *Concluditur, quod defensores seu administratores rerum universitatis sine consensu, authoritate & confirmatione superioris ab hominibus civitatis, villæ vel pagi liberè possint eligi* NISI ALIVD *consuetudine sit receptum, & quòd superior circa electos super eorum legalitate inquirere nequeat ad eos removendos, nisi notoriè eos propter crimen vel aliâs inhabiles esse constet.*

1 SI † in aliquo loco est consuetudine receptum, quòd officiales, defensores & administratores rerum ad civitatem, villam vel pagum pertinentium debeant consensu superioris constitui & eligi, & quod possit superior dominus in electorum qualitatem & idoneitatem inquirere, hujusmodi consuetudini standum esse nullum est dubium. Est enim explorati juris, quòd circa electionem officialium consuetudo attendi debeat, *l. neminem & ibi gloss. super verb. consuetudo, C. de suscept. prepos. & arcar. libr.* 10. Et potest consuetudo limitare & in totum auferre jus eligendi, *c. cum dilectus extr. de constit. & c. cum Ecclesia Sutrin. extr. de caus. possess. & propr. c. 2. de in integr. restit. & ibi per Dd. Petr. à Braxio in directorio electionum cap. 4. num. 2. prima part.* ubi notanter dicit: quòd consuetudine in totum à collegio potest tolli facultas eligendi, *d. c. 2. de in integr. restit.* Idem eodem directorio *c 9. n. 2. tertia part.*

2 † Potest enim consuetudo de prohibito facere permissum & econtra: & ideo eligibilis de jure communi fit ineligibilis de consuetudine, *c. cum olim & ibi not. extr. de cleric. conjugat.*

3 † Hinc videmus dari jurisdictionem per consuetudinem, *l. 1. & l. fin. Cod. de emancip. liber. l. more majorum, ff. de jurisdict. omn. jud. Bald. consil. 278. num. 1. lib. 5. incip. dico & consulo, l. penult. C. de jur. fisc. libr. 10. d. l. neminem, C. de suscept. eod. lib. Oldrad. consil. 9. colum. 2. in fin.* nam dicitur consuetudo omnium jurisdictionum origo, forma & principium *Bald. cons. 439. incip. amplius, col. 5. circ. med. lib. 3,*

4 † Et habet consuetudo vim derogativam, interpretativam & limitativam *Abb. consil. 26. colum. 2. in fin. libr. 2. per gloss. in §. ex non scripto Instit. de jur. natur. gent. & civil.* Imò nulla lex positiva est, quæ per contrariam

trariam consuetudinem non tolli possit, *Bald. in c. Imperialem, §. praeterea ducatus; de prohib. feud. alien. per Frider.*

5 † Æquivalet enim consuetudo veritati, *Bald. cons. 439. colum. 4. incip. quia consuetudo lib.* 4. 6 † Et vim pacti habet consuetudo, *Bald. cons. 275. col. 1. incip. quod pro regula, & cons. 318. col. 1. in fin. incip. quidam nobilis habens feudum lib. 2.*

7 † Et quando sumus in jure consuetudinario, quod servatum est praeteritis temporibus, ita deinceps quoq; servari debet, *l. toties, ff. de pollicit.*

8 † Non enim quaestio nova esse potest, quae antiquitus per consuetudinem est definita, *ca. certificati, extr. de sepultura & Bald. consil. 132 post med. libr. 1. incip. praesupposito quod mater*, Idem *d. cons. 439. col. 4. in fin. lib.* 3. scribit: quod servanda est consuetudo in cunctis peragendis.

9 † Sed quaestio est, si nulla extet consuetudo, quid tunc dicendum sit? GUIDO PAPAE *decis. 631. §. ad tertium punctum, num.* 7. dicit, quòd Syndici & alii quicunque officiales publici non debeant poni, nec cõstitui sine consensu domini & suorum officiariorum *per l. 2. C. de decur. l. 10 & l. exactores, C. de suscept. Prepos. & arcar. eod. lib.* & alia jura, quae ibi *num.* 7. allegat. Et quod universitas non possit sibi eligere consules sine authoritate superioris tenet idem *Guido Papa decis.* 106. allegans *Bart. in l. item eorum, §. sed si ita decreverint, ff. quod cujusq; univers. nom.*

10 † Ubi quoque allegat, quod Curia Franciae non permittat facere proprium & bursam communem, imo nec congregare sine licentia superioris pro faciendo & constituendo procuratorem ad evitãdum fraudes & machinationes, quae committi possunt contra principem vel dominum: Et dicitur *in l. pen. C. de offic. rector.*

11 † Provinciae, nulli patriae suae administratio sine

 speciali

ſpeciali permiſſu Principis permittatur, lex autem loquens in Principe videtur militare etiam in inferioribus habentibus jura Principis in territorio ſuo ut tradit *Petr. Philipp. Corn. in conſil. 299. num. 26. verſ. quæ lex volum. 1. Cyn. in l. ea lege, C. condict. ob cauſ. Bart. in l. hoſtes ff. de capt. & poſtlim. reverſ. l. ambitioſa, ff. de decret. ab ordin. faciend. Bald. conſil. 327. num. 13. libro 1. Ioan. de Anan. conſil. 81. num. 3. Curt. Sen. conſil. 16. numero tertio, & conſil. 49. num. 50. Curt. Iun. conſil. 100. num. 3.*

12 † Et domini merum & mixtum imperium habentes ſubditis ſunt loco patris, *l. 4. in fin. C. de debit. civit. libr. 11.*

13 † Sicut autem pater curam filiorum habet, quo-
14 modo ſe habeant in eorum negotiis; † Ita & dominus merum & mixtum imperium habens circa ſubditos inſpectionem ſuam diligentem habere debet, an probè vel improbè negocia publica adminiſtrēt.
15 † Inſpectio autem num publica negocia ex fide bona gerantur fit per viam viſitationis, quod jus viſitādi competit ordinariis, *l. congruit, ff. de offic. præſid. c. decrevimus, & c. Epiſcopum, & c. placuit, 10. q. 1. c. Romana, de cenſib. lib. 6.* Ex his videtur quod de conſenſu dominorum & magiſtratus & ipſorum officiariorum conſules, defenſores, adminiſtratores & hujuſmodi perſonæ debeant eligi & conſtitui, qui conſules, defenſores vel adminiſtratores debeant jurare domino univerſitatis fideliter gerere & negociari ad modum tutorum vel curatorum & aliorum officiariorum, *in auth. ut ii qui obligatas ſe habere perhibent res minorum, §. penult. & ibi not. collat. 6 & in auth. jusjurandum quod præſtatur ab his, in rubr. & Nigro. collat. 2. & c. tibi domino, 63. diſtinct.* Et quod homines univerſitatis debeant præſentare probos & Syndicos electos domino & ſuis officiariis. Sed hiſce non obſtantibus contrarium de jure communi eſt verum, quod nimirum

mirum talium defensorum, seu administratorum & personarum electio & constitutio ad homines universitatis liberè pertineat citra consensum & confirmationem domini universitatis seu superioris, & quòd dominus seu superior circa electos & constitutos super eorũ legalitate inquirere nequeat ad eos removendos, nisi notoriè eos propter crimen vel aliâs inhabiles esse constet, vel nisi aliud consuetudine sit receptum.

Priùs tamen, quàm hujus sententiæ rationes & argumenta deducam, præmittendum & quasi fundamenti loco stabiliendum est; Quod licèt civitas, villa vel pagus alicui superiori domino, vel civitati vel castro subjectus careat jurisdictione omnimoda, sed superior dominus, civitas vel castrum, cui civitas, villa vel pagus subest, in eo totam jurisdictionem habeat, *l. qui ex vico, ff. ad municipal. l. 3. C. de natural. liber. l. nulli, §. quod si in vico, C. de Episcop. & Cleric. & in auth. quibus mod. natural. efficiantur sui, §. si quis igitur colum. 7. notat Bart. in l. 1. ff. ad municipal.*

16 † Tamen quia potest habere quædam bona, jura & res communes inhabitantibus eandem & arcam communem, ut dicit textus *in l. 1. §. quibus autem, ff. quod cujusque universitat. nom. & in titul. C. de jure Reipubl. libro undecimo, juncta gloss. rubric. ibidem*, quæ dicit illum titulum loqui de Republ. aliarum civitatum, quàm civitatis Romanæ.

17 † Ideò quælibet civitas, villa vel pagus indiget administratoribus & defensoribus, qui hujusmodi bona & res & obventiones communes gubernent.

18 † Parum enim esset civitatem habere jura, nisi essent qui ea administrarent, *l. 2. §. post originem, ff. de orig. jur.* ad instar eorum qui propter defectum ætatis vel aliam justam causam curatorum in rebus suis administrandis auxilio egent; cum se ipsos & sua regere

nequeant, *l.* 1. *ff. de minor, l.* 1. *in fin. ff. ex quib. cauſ. major.* & *inſtit. de Attilian. tut.* §. *Impuberes.*

19 † Unde ſicut minores ſubſunt curatoribus; ſic & Reſpubl. ſuis adminiſtratoribus & defenſoribus ut voluit *gloſſ. in l. Reſpub. C. quib. ex cauſ. major.* Unde Reſpubl. jure minoris fungitur ut dicit *gloſſ. in l.* 1. §. *fin. ff. quod cujusq; univerſ. nom.* & *not. Ioan. de Plat. in l.* 1. *C. de jur. Reip.*

20 † Fungitur enim defenſor civitatis vel pagi vice curatoris, ut dicit *ſpecul. in tit. de in integr. reſtit.* §. *verſ. prælatus.* Et per hujuſmodi adminiſtratores & defenſores Reſpub. reguntur & adminiſtrantur, *l. municipibus, ff. de condit.* & *demonſtr. l. civitatis, ff. quod cujuſque univerſit. nom.*

21 † Et hi eliguntur ex decurionibus ſeu conſiliariis civitatis, ut dicit *gloſſ. in l. nullis, ff. quod cujuſque univerſit. nom.* & *gloſſ. in rubric. C. de decurion. lib.* 10. & *l. exactores, C. de ſuſcept. Præpoſ.* & *Archar. eod. lib.* 10. 22 † Hi nomine civitatis, villæ vel pagi adminiſtrantes, ſi ſint negligentes in adminiſtrando ſeu aliquid omittendo, ad intereſſe tenentur Reip. civitati, villæ vel pago cujus bona adminiſtrant. Et tenentur Reip. rationem ſuæ adminiſtrationis reddere, *l.* 2. *ff. de adminiſtr. rer. ad civit. pertinent. not. Ioan. de Plat. in l. fin. C. de adminiſtr. Reip. lib.* 11.

23 † Et ſic eſt alius magiſtratus, qui juriſdictionem exercet, & alius adminiſtrator, qui res univerſitatis gubernat & adminiſtrat, ut dicit *gloſſ. rubric. C. de adminiſtr. Reip. eod. lib.* 11. & per totum illum titulum, *ff. eod.* prout iſta copioſè & eleganter tradit *Henning. Goden. conſil.* 2. *à num.* 1. *ad num.* 4. *incluſ. de jur. civitat. vol.* 3. Ex quibus concluditur, quod licet civitas, villa vel pagus nullam haberet penitus juriſdictionem ſupremam aut infimam, & ſic non poſſet eligere ſibi vel creare magiſtratus ſive judices: Quia tamen habet & habere poteſt de jure, ſicut alia quælibet licita

univer-

universitas quædam communia bona, jura, redditus & obventiones & communem bursam, indiget quoque defensoribus & administratoribus, qui nomine civitatis, villæ vel pagi talia administrent, qui etiam actiones exercere possint & habeantur pro ipsa civitate, villa vel pago ad exigenda debita & alias res civitatis, villæ vel pagi occurrentes administrandas.

† De his defensoribus, administratoribus vel officialibus in hac quæstione queritur, an sine consensu, authoritate & confirmatione superioris ab hominibus civitatis, villæ vel pagi eligi? Et an superior super legalitate electorum inquirere, eosdemq; removere possit? Et juri consentaneum esse dico. Nisi aliud consuetudine sit receptum, quod talium defensorum seu administratorum electio ad homines civitatis, villæ, vel pagi liberè pertineat, citra superioris confirmationem, qui etiam circa electos super eorum legalitate inquirere nequeat ad eos removendos, nisi notoriè eos propter crimen vel aliâs inhabiles esse constet. Et id ex sequentibus rationibus. 24

† Primò indubitati juris est, quod unaquæque universitas circa administrationem rerum suarum liberam habeat potestatem: licèt talis universitas jurisdictionem non habeat. Ideò videmus quod potest universitas habens superiorem facere statuta super rebus suis, aut super administratione rerum suarum sine licentia superioris, *Bart. in l. fin. ff. de colleg. illicit. in l. fin. C. de jurisdict. omn. judic. Bartol. & Dd. in l. omnes populi, ubi Ias. col. 7. vers. quid tenendum, ff. de justit. & jur. Dec. cons. 197. num. 2. vers. Primò enim constat. incip. in casu inquisitionis Aymon Cravett. consil. 238. numero primo.* 25

† Ideò potest universitas statuere, ne quis audeat venari in territorio suo vel sine licentia superioris vel sine certa solutione, *Dec. d. consil. 197. col. 2. num. 2.* 26

refert Aymon Cravett. d. consil. 238. ubi tamen intelligit quod tale statutum non ligat superiorem sed tantùm ipsos de universitate qui potuerunt se ipsos ligare. Si igitur licentia superioris non est necessaria, quando vult villa, vel universitas quid statuere super rebus suis & sic in rebus suis habet universitas plenam potestatem.

27 † Ergò poterit absque consensu & confirmatione superioris officiales suos eligere, neque penes superiorē jus est super inhabilitate seu qualitate idoneitatis electorum & remotione eorundem absque legitimis indiciis præcedentibus vel manifesto & notorio defectu eorum inquirendi.

28 † Secundò interventus superioris in actibus universitatum non videtur necessarius, nisi ubi ageretur de magno præjudicio puta de alienando bona universitatis, vel si aliquid tentaretur, quod pertineat ad jurisdictionem *Aymon Cravett. d. consil.* 238. *num.* 2. allegans *Bart. Socin. consil.* 95. *col.* 3. *libr.* 3. *eundem consil.* 52. *colum.* 1. *lib.* 4. *& alios.* 29 † Undè si homines universitatis vel villæ faciunt tallias vel impositiones pro necessitate villæ, pro solvendis debitis communitatis & villæ vel prosequendo litigia sua vel similia, ibi possunt ipsi homines universitatis vel villæ tallias facere sine licentia superioris sive domini sive ipsius officiariorum, & ipsis domino & officiariis non vocatis, secundùm *Guidonem Papa decis.* 631. *num.* 5. *versic. ad puncta videlicet.* Ubi plures authoritates ad hoc allegat. Et ibidem *Guid. Papa num.* 7. *versic. solutio ad removendum*, dicit id procedere ex vi & virtute pacti & conventionis seu contractus inter ipsos simul congregatos initi, & non vi & virtute jurisdictionis, quæ in non consentientem & invitum exercetur.

Sed electio officialium, villæ, vel pagi non est actus, in quo agitur de magno præjudicio vel de re concer-

concernente jurisdictionem domini. Cùm illi officiales non sint perpetui sed annales vel biennales, *l. neminem, & ibi Bartol. C. de suscept. lib.* 10. quod tempus anni dicitur breve tempus *Bart. in l. quamvis, in fi. C. de decur. lib.* 10. Et solùm tractant ea quæ ad administrationem rerum universitatis, civitatis, villæ, vel pagi pertinent.

30 † Unde interventus superioris vel confirmatio ejus in electione talium officialium non requiritur. Et quamvis confirmatio sit actus superioris & superioritatis manifestum signum, ut notat *Bald. in l. fin. vers. ulterius nota, C. d. legib. not. Abb. post Hostiens. in c. 1. notab. 2. de locat. & restaur. Castall. in tr. de Imperat, quæst.* 50. *num.* 4. Et superior teneatur confirmare electionem ab inferioribus factam, nisi electus sit indignus *l. si quos, C. de decur. lib.* 10. Tamen inde non sequitur quod inferiores pro confirmatione Electionis semper apud superiorem instare, ab eoque eam petere debeant.

31 † Non enim quicquid potestati alicujus permittitur necessitati juris subjicitur, *l. non quicquid, ff. de judic.* Non obstat *Guido Papa decis.* 631. §. *ad tertium punctum, num.* 7. *& decis.* 106. *cum allegatis juribus.*

32 † Nam illa jura loquuntur de officialibus deputatis vel electis ad administrationem rerum ad fiscum pertinentium vel ad actus jurisdictionales exercendos, qui ad Principem vel ordinarium loci magistratum pertinent, tales utique officiales domini consensu & approbatione eligi debent, cùm eorum principaliter intersit ut synceros, idoneos & fideles habeant officiales. Nos verò loquimur de officialibus à subditis electis, quorum administratio principaliter negocia communitatis vel universitatis concernit, in quibus superior jus proprietatis non habet. 33 † Similiter loquitur, *l. pen. C. de offic. rector. provin.* de administratorib. jurisdictionē exercē-

tibus in loco nomine Principis, & res ad dominum vel fiscum Principis pertinentes; illi autem officiales, de quibus hîc agitur tantum à civitate, villa vel pago eliguntur & ordinantur ad administrandas res civitatis, villæ vel pagi, in quibus rebus superior respectu proprietatis nullum jus habet, sed tantùm respectu superioritatis & jurisdictionis secundum *Dd. in l. fin. C. si contra jus vel utilitat. public.* † Nec obstat, quòd magistratus vel dominus superior sit loco patris, & quod jus visitandi competat ordinariis, nam pater non gravat filios oneribus insolitis, imò laborat ut filiis acquirat, non ut spoliet, *l. nihil, §. facilior, ff. de bon. liberor. l. de emancipatis, C. de legit. hæredibus.* Sed si dominus vellet in electiones officialium à subditis factas inquirere & revocare & ad alios eligendos eos adigere, onus hoc novum esset, & cum dispendio pecuniario & honoris conjunctum. Nam subditorum sumptibus ejusmodi confirmationes & inquisitiones in personas doctorum officialium fierent. Est enim regulare, eum sumptus præstare teneri, cujus gratiâ actus celebratur, *l. sed et si, §. 1. ff. ad exhibend.* Nec dici posset superior negocium civitatis, villæ vel pagi utiliter gerere, ex quo non apparet aliqua causa ita visitandi aut inquirendi.

34

† Deinde jus visitandi competit ordinario, cui jus competit administrandi. Et cui non cōpetit jus administrandi eidem etiam non competit jus visitandi, *Bald. cons. 158. incip. proponitur quod quidam locus lib. 3.* Ideò Episcopus visitat Ecclesias, quia administratio bonorum Ecclesiarum pertinet ad eum, *C. sic quidam, 10. q. 1. & c. seq. not. Aym. Cravet. d. cons. 238. n. 13.*

35

35 † Sed superiori non competit jus administrandi bona civitatis, pagi vel villæ. Diligenter enim considerandum est, quod *Bartol. Soc. consil. 95. num. 8. & 9. vol. 3.* tradit, nimirum tria esse valdè adversa, quorum unum nō sit alterum sed sint distincta. Primum

est

est jurisdictio loci, & illa cohæret personæ habenti jurisdictionem in loco, juxta *not. per Bart. in l. 1. ff. de jurisd. omn. jud.* & illa spectat ad superiorem. Secundum est dominium locorum, quod est penes corpus universitatis, civitatis, castri vel villæ, *l. 1. & l. in tantum, §. universitatis, ff. de rerum divis.* Tertium est dominium bonorũ quod est penes singulas personas, *l. 1. §. hæ autem res, ff. de rerum divis. & instit. eod. tit.* & singulorum. Et quia res privatæ, quoad proprietatem sunt singulorum & dominia rerum publicarum universitatis esse dicuntur dictis juribus. † Ex eo sequitur, quod hæ res non sunt superioris universale dominium habentis quãtum ad proprietatem: quia impossibile est de jure quòd dominium aliquarum rerum sit penes duos in solidum, præsertim eadem specie dominii, *l. si ut certo, §. si duobus, ff. commod.* † Et sic superiori vel ordinario magistratui non competit jus administrandi negocia & bona civitatis, villæ, vel pagi, quia non habet jus in bonis & rebus subditorum, nisi respectu superioritatis & jurisdictionis ut habetur *in l. fin. c. si contra jus vel utilit. public. C. quæ in Ecclesiarum, extr. de constit.* † Et per consequens non quoq; ei competit jus visitandi & jura non loquuntur de ista visitatione inter laicos, sed circa Ecclesias ut notat *Aym. Cravett. d. cons. 238. n. 13. & Henning. Goden in cons. 1. de jur. civit. vol. 3. n. 3.* 37 38 39

† Manet ergò quod defensores seu administratores rerum universitatis sine consensu, authoritate & confirmatione superioris ab hominibus civitatis, villæ, vel pagi liberè possint eligi. Nisi aliud consuetudine sit receptum. Et quod superior circa electos super eorum legalitate inquirere nequeat ad eos removendos nisi notoriè eos propter crimen vel aliâs inhabiles esse constat. 40

Titulus XIII.

An Princeps, Comes vel alius superior Magistratus possit intervenire rationibus, quæ redduntur de proventibus & expensis alicujus civitatis, villæ, pagi vel alîus universitatis? Et an civitas, villa pagus vel alia universitas possit cogi, ut ipsius officiales de istis proventibus ac redditibus atque impensis reddant rationem in præsentia Principis, Comitis vel aliûs superioris vel eorum quos ipse ad hoc deputat atque mittit?

SUMMARIA.

1. *Superiores ex officio tenentur procurare bonum & utilitatem Reipublic. eamque in melius reformare ac neglecta recuperare.*

2. *Domini subditis suis debent esse loco parentum.*

3. *Interest Reipubl. locupletes habere subditos.*

4. *Astricti*

4. *Astricti sunt subditi domino iuramento fidelitatis & obedientiæ.*

5. *Computatio facta à tabulariis vel per administratorem Reip. effectum executionis non habet, nisi fuerit à iudice vel procuratore Cæsaris comprobata.*

6. *Rationes reddendæ sunt domino illius rei quam quis administret.*

7. *Extraneo aut illi qui dominus non est, non tenetur quis rationes reddere.*

8. *Civitates, villæ, pagi generaliter habentur loco privatorum.*

9. *Civitates, villæ, pagi circa administrationem rerum suarum liberam habent potestatem.*

10. *Vniversitates possunt sibi eligere liberè administratores.*

11. *Si administratores in administratione per negligentiam vel omittendo aliquid peccârunt, ad interesse Reip. actione negociorum gestorum conveniuntur vel actione in factum, subsidiaria.*

12. *Administratores tenentur Reip. suæ administrationis rationem reddere.*

13. *Dominus non potest ab aliquo subditorum suorũ exigere ut de rebus ad ipsum subditum*

ditum

ditum pertinentibus, earumque administratione sibi per subditum ratio reddatur.

14. *Sine accusatore regulariter nemo puniri debet.*

15. *Contra aliquem sine indiciis inquiri non potest.*

16. *Verisimile non est, quod incolæ velint facere iacturam rerum suarum.*

17. *Cui non competit ius administrandi, illi quoque non competit ius visitandi.*

18. *Episcopus visitat Ecclesias, quoniam administratio bonorum ad Ecclesias pertinentium spectat ad Episcopum.*

19. *Declaratur quod dicitur superiores ex officio teneri procurare bonum & utilitatem.*

20. *Declaratur, quod dictum est, patris loco superiorem esse.*

21. *Declaratur quod dictum est, dominorum interesse locupletes habere subditos.*

22. *Sicut domini non tenentur Imperatori rationes reddere de rebus suis, eodem modo non tenentur subditi rationes reddere dominis suis.*

23. *Declaratur, l.2. C. de iure fisci.*

24. *Prin-*

24. *Princeps vel alius ſuperior non poteſt intervenire rationibus quæ redduntur de proventibus & expenſis alicuius civitatis, villæ, vel pagi alterius etiam nullam iuriſdictionem habentis.*

QUOD † de jure communi ſuperior rationibus reddendis intereſſe poſſit, videtur primò facere, quod ſuperiores ex officio tenentur procurare bonum & utilitatem Reip. eamque in melius reformare ac neglecta recuperare, *arg. l. congruit, ff. de offic. præſid.* at non poſſunt ſuperiores quicquam boni vel utilitatis procurare aut promovere, niſi interſint rationibus & videant, quò ſingula perveniunt, itaque etiam hoc ipſum ut rationibus adſint, videtur ad officium ſuperiorum pertinere. † Secundò Principes, Comites & alii domini ſuperiores habentur & ſubditis ſuis eſſe debent loco parentum; *l. 2. in fin. C. de debitor. civit. libro undecimo, & § ſancimus enim in Auth. de armis, & in §. eos autem, in authent. ut judices ſine quoquo ſuffragio, & in §. devotos autem in auth. jus jurand. quod præſtatur ab his:* quare ſicut pater curã filiorum habet, quomodo verſantur in eorum negotiis, ita officiales, Principes ac domini circa ſubditos ſuos animadvertere debent, utrum probè an improbè negocia publica adminiſtrent, *c. cõquerente, ibi, quib. teneris paterna proviſione conſulere, de reſtit. ſpol.*

† Tertiò intereſt domini locupletes habere ſubditos, quò melius, ſi ſit opus, ei ſuccurrere & auxiliari queant, prout notat *gloſſ. 1. in c. 3. de except.* Sed hoc ea ratione commodiſſimè fit, ſi illi, qui adminiſtrant bona civitatum & ſubditorum obſervantur, ne ea diſſipent: id verò maximè deprehenditur ex inſpe-

inspectionibus rationum, ergò interest etiam ipsius domini ut præsens sit, cùm rationes de pecuniis & proventib. civitatum reddũtur, propter quod suum interesse etiam ad rationes vocandus & admittẽdus videtur. 4 † Quartò sunt adstricti subditi domino juramento fidelitatis & obedientiæ, itaq; domino requirenti ut rationes coram ipsis reddantur, videtur quod obedire & hanc quoq; fidelitatem suo domino exhibere teneantur. 5 † Ultimò *facit, l. 2. C. de jur. fisci, lib.* 10. ubi computatio seu calculatio facta à tabulariis vel per administratorem Reip. effectum executionis non habet, nisi fuerit à judice vel procuratore Cæsaris comprobata. Et per hæc in terminis ita concludit *Guido Papa decis. 631. n. 1. vers. ad quartum dubium.* Sed hisce non obstantibus contrarium est 6 statuendum. † Nam primò rationes reddendæ sunt domino illius rei, quam quis administrat, *l.* 1. § *officio, ff. de tutel. & rationib. distrah.* illiq; sunt tradendi li- 7 bri rationũm secundùm *Bart. ibi.* † Extraneo verò aut illi, qui dominus non est, nõ tenetur quis rationes reddere, *arg. l. 2. ff. de action. rer. amot. l. loci corpus, §. competit, ff. si servit. vindicat.* At res civitatum, villarum & pagorum, quoad proprietatem non sunt Imperatoris Principis vel Comitis, vel superioris domini universale dominium quoad imperium & jurisdictionem habentis, sed quoad proprietatem sunt civitatum villarum & pagorum, *l. in tantum, §. universitatis, ff. de rerum divis. l.* 1. § *fin. cum l. seq. ff. de acquir. possess. l. 1. §. quod si nemo, ff. quod cujusque universit. nom. Bald. in l. penult. in 6. col. C. de condit. insert. Alex. in cons. 76. incip. in causa & lite in 2. col. num. 6. & 7. in 2. vol. Bart. in l. 1. §. per hanc, ff. de rei vindicat. & ibi in addit.* plures alii citantur *Bart.* sententiã tenentes, *Ioan. Bertach. in tr. de gabell. in 1. part. col. 4. num. 20. vers. sextò quæro ad finem.* 8 † Secundò civitates, villæ & pagi generaliter habentur loco privatorum, *l. eum qui vectigal. ff. de V. S. l. simile, ff.*

le, ff. ad municip. l. metum, §. *animadvertendum*, *ff. quod met. cauſ. l.* 1. & *totus tit. C. de vendend. reb. civit. lib.* 11. & *l.* 1. & 2. *C. de debitis civit. lib.* 11. & *l.* 1. §. *quod ſi nemo*, & *l. ſicut*, §. *ſi quid univerſitati*, & *l. civitates*, *ff. quod cujuſque univerſ. nom. gloſſ.* & *Ioan. de Plat. in rubr. C. de jure Reip. libr.* 11. *Bartol. in l. cum rem*, *C. qui potior. in pign.* & *in l. Reſpub. C. quib. ex cauſ. major.* † Et circa adminiſtrationem rerum ſuarum liberam habent poteſtatem & de his poſſunt diſponere ſuo arbitrio ut quilibet privatus, *l. in re mandata*, *C. mand.* † Et poſſunt ſibi liberè eligere adminiſtratores, ut in præcedenti quæſtione eſt deductum. † Qui adminiſtratores, ſi in adminiſtrando per negligentiā vel omittendo aliquid peccarunt, ad intereſſe Reip. cujus bona adminiſtrāt conveniri poſsūt actione negociorum geſtorum ad exemplū curatorū adulti, *l. curat. C. de neg. geſt.* vel tenētur actione in factū ſubſidiaria, ſi neglexerint recipere cautionē pro debito conditionali vel in diem & debitor efficiatur non ſolvendo ad exemplū magiſtratus non exigentis cautionem, *l.* 1 *ff. de magiſtra. conven. l. fin. C. de adminiſtr. rerum publ. lib.* 11. quod in ſimili etiā dicimus de tutore & curatore minoris. † Et hi adminiſtratores tenentur Reip. ſuæ adminiſtrationis ſecundum fidem acceptorū rationem redere, *l.* 2 §. *quod de frumentaria ff. de admin. rer. ad civit. pertin.* & notat *Io. de Plat. in l. fin. C. de adm. rer. publ. lib.* 11. † Sicuti verò ſuperior non pōt ab aliquo ſubditorū ſuorum exigere ut de reb. ad ipſum ſubditū pertinentibus, earūq; adminiſtratione ſibi per ſubditum ratio reddatur, cū quilibet rei ſuæ legitim⁹ ſit moderator & arbiter, *l. in re mandat. C. mand.* ita eadē ratione nō pōt exigere, ut rationes de particularib. rebus alicujus civitatis, villę vel pagi reddantur ſibi vel in pſentia ſua, nam quoad hęc eodē jure habet civitas, villa vel pagus dominiū in rebus particularibus, ſeparatū ab univerſali domino ꝙ habet ſuperior reſpectu

9 10 11 12 13

ſuperio-

superioritatis, sicut quilibet alius privatus, per eà quæ jam sunt dicta.

Dominus ergò superior aut vult intervenire in istis redditionibus ex jure, quod habet in rebus & juribus ipsius communitatis, & non potest, quia jus nullum habet, nisi respectu superioritatis & jurisdictionis, ut jam est dictum: Aut vult intervenire superior ratione jurisdictionis ut animadvertat in administratores Reip. perperam aut improbè administrantes: & nec hoc facere potest nisi per viam aut accusationis, aut inquisitionis ex officio, vel per viã simplicis visitationis. 14 † Sed per modum accusationis non potest, nisi constet accusator sine quo regulariter puniri nemo debet, *gloss. in l. 2. §. si publico, in verb. sine accusatore, ff. de adult.* quàm tenent communiter omnes ut dicit *Angel. ibid. n. 2. l. rescripto, §. si quis accusatorem, ff. de muner. & honor.* Et si legitimus non fuerit accusator non fatigetur accusatus *text. in c. 1. extr. de accus.* Et superior accusare volens, alium processum, quàm hunc ut admittatur reddendis rationibus, instituere deberet.

Pari ratione non potest superior per modum inquisitionis procedere aliqua diffamatione nõ præcedente de mala administratione. 15 † Nam contra aliquẽ sine indiciis inquiri non potest, *l. justissimos, C. de offic. rect. provinc. c. qualiter & quando 2. extr. de accus. Bart. in l. congruit, ff. de offic. præsid. & alia jura.* Et in quocunq; casu, in quo iudex sive de jure cõmuni, sive statutario, sive ex consuetudine põt procedere ex officio & sic per viam inquisitionis, nunquam debet nec põt à se ipso procedere ad inquirendum sive assumẽdas informationes vel indicia specialiter contra aliquem, nisi aliquid procedat, quod aperiat viam inquisitioni scilicet vel diffamatio vel querela partis vel denunciatio vel hujusmodi, aliter processus esset ipso jure nullus, etiamsi delictum fuisset deinde

plenè

plenè probatum, *Iul.Clar.in lib.5.sentent.in pract.crim. quæst.5.num.3.& 4.* ubi amplius subjicit, quod in hoc non attendantur notificationes factæ extrajudicialiter, neq; illæ, quę fiunt incerto authore & suppresso nomine notificantis.

Nam super hujusmodi notificationibus prohibitum est procedi etiamsi in eis essent nominati testes de ipso delicto informati. Et si super eis fieret processus, esset ipso jure nullus. Odiosum enim est officium inquisitionis & contra jus civilium regularum, *Bald.in cons.335.incip. statuto civitatis cavetur, quod nullus col 1.in fin.in 3.vol.* Si itaque requiruntur indicia & diffamatio, quando proceditur contra privatas personas, multò magis hoc requiri debet, quando proceditur contra collegium alicujus civitatis, villæ vel pagi, pro quibus magis præsumitur ratione publici officii, *l.2.vers.quod non arbitramur, C. de offic.civil.judic.& c.in nostra, de procur.& in c.præsentia de renunciat.* Nec militare potest tanta suspicio contra plures, quę fortè procederet contra paucos, nam ratione adjunctorum suspicio purgatur *Auth.si verò contigerit & ibi latè per recentiores, C. de judic.* † Nec verisimile est, quod incolæ velint facere jacturam rerũ suarum *arg.l.cum indebito, ff.de probat.* Et sic cessat ratio inquisitionis. Deniq; non potest superior petere se admitti ad audiendas rationes istas per viam simplicis visitationis, ut videat, quomodo tractentur negocia publica, num illa ex bona fide gerantur, quod jus in dubio competit ordinariis superiorib. *l. congruit, ff.de offic.præsid.c.decernimus Episcopum, & ca. placuit, 10.q.1.& in c.Romana, de censib.in 6. Oldrad.in cons.204.in 1.q.col.2.* † Quoniam jus visitandi competit illi ordinariè, cui competit & jus administrandi, & cui non competit jus administrandi, illi quoq; non competit jus visitandi, secund. *Bald.in cons.157. incip.proponitur quod quidam locus.in 3.vol.* † Ideo Episcopus

16

17

18

scopus visitat Ecclesias, quoniam administratio bonorum ad Ecclesias pertinẽtium, spectat ad Episcopum, *c. sic quidam*, 10. *q.* 1. sed certum est, quod superiori non competit jus administrãdi bona civitatis, villæ vel pagi, ergò potest etiam hoc modo visitationem instituere, & jura de ista visitatione tractantia non loquuntur inter laicos sed tantùm circa bona
19 Ecclesiarũ. † Nec obstat, quod superiores ex officio tenentur procurare bonum & utilitatem Reip. nam tametsi hoc ad superiorem spectet, tamen id intelligitur de aliis modis, nõ ut etiam immisceat se rationibus & rebus particulariter ad unamq; civitatem, villam vel pagum pertinẽtibus, nam hoc nullo jure cautũ reperitur, & ideò dici nõ debet, *§. consideremus, in auth. de trient. & semiss.* imò contrariũ probatur ra-
20 tionib. & jurib. suprà deductis. † Deindè, quod dictũ est, patris loco superiorem esse, nõ omnimodam respicit similitudinem inter patrẽ & superiorem, itaq; argumentatio nõ procedit de uno ad aliud. Pręterea in his in quibus filius separatas res habet à bonis paternis non potest pater filio invito ab ipso postulare rationes de administratione bonorum suorũ, quare eodem modo nec superior domin⁹ id exigere potest, & sic argumentum retorquetur. Quodq; dicitur dominum debere gerere curam paternam ad bonum & utilitatem subditorum suorum, hoc non ita latè accipiendum est, sed intelligi debet de modis ac viis consuetis, non etiam ut contra juris dispurationem alicui vel directè vel indirectè auferat de rebus suis
21 liberam disponendi facultatem. † Nec obstat, ꝙ dictum est interesse dominorũ ut locupletes habeant subditos, nam hoc interesse principaliter respicit ipsos subditos, secundariò vero tantùm in consequẽtiam id spectat ad dominos superiores, ꝓpter quod interesse secundarium nulla cõpetit dominis actio pro reb. & bonis civitatum, villarum & pagorũ *Dd. in c. dilectis de appell. & gl. & Dd. in c. autoritate, de privil. in 6.*

in 6. unde Bald. in l.1. vers. oppono, C. de servis fugitivis dicit, ꝙ perditio subditorum non nocet dominis *per l. fin. C. de acq. poss. & l. cum aliquis, C. de jur. liber.* Et cõsequenter et non sunt admittendi ad redditionem rationũ cum illis redditis nullam sint habituri actionem. Et ꝙ ob hoc interesse secundarium superiores non debeant interesse rationib. civitatum, villarũ & pagorum patet, quia ex eadem ratione deberent interesse rationibus & administrationib. singulorum privatorum subditorum, quos esse locupletes dominorũ interest & tamen nemo ad hujusmodi rationũ redditionẽ superiores admiserit, prout nec ipsi Principes, Duces, Comites, Barones & alii dn. admitterẽt Imperat. qui respectu ipsorum simile haberet interesse. Et licet incolæ civitatum, villarum vel pagorũ superiori fidei & juramenti fœdere sint adstricti, tamen ex eo non sequitur, ꝙ teneatur superiorem admittere ad interessendum rationibus, quas administratores de reditib. universitatis reddunt. † Quia si talis consequentia teneret, tunc sequeretur, ꝙ superior si subsit Imperatori teneretur admittere Imper. ad interessendum rationi, quæ ipsi reddi consuevit à suis officialib. de redditib. ad ipsum pertinentibus, quia iste superior et est adstrictus fidei & juramenti fœdere Rom. Imper. *c. 1. de form. fidel.* Sed indubitatũ est, ꝙ superior non teneatur admittere Imper. ratione juramenti præstiti ergò à simili, cives & incolæ non tenentur admittere dn. ratione juramenti pstiti, cum de similibus idem si habendum judicium, *c. 2. extr. de translat. Episc. & c. translato, extr. de constit.* † Nõ obstat ultimò, *l. 2. C. de jur. fisc. lib.* 10. nam loquitur de rationibus fisci Imperatoris, quarum redditio merito debet comprobari per procuratorem Cæsaris, ad cujus cognitionem pertinent jura fiscalia, sed nos hic tractamus de aliis bonis & rationibus, in quibus fiscus aut superior jus nullum habet. † Et in terminis, quòd Princeps vel alius superior non

22

23

24

possit intervenire rationibus, quæ reddũtur de proventibus & expensis alicujus civitatis, villæ vel pagi, aut alterius universitatis, etiam nullam jurisdictionem habentis tradunt, *Henning. Gœden in cons.* 30. *& cons.* 31. *Aym. Cravet. in cons.* 238. *Nicol. Ever. Iun. consil.* 1. *à n.* 185. *usq; ad n.* 228. *vol.* 2.

Titulus XIIII.

An superior vel magistratus, quoties opus est, universitatem per campanam possit convocare irrequisitis defensoribus universitatis?

SUMMARIA.

1. *Ad magistratum & superiorem non ad subditos congregatio populi spectat.*
2. *Magistratui permissum est, omnes eos qui absque privilegio sunt & signo audito, sine causa non veniunt, punire.*
3. *Subditi non possunt convocari sine consensu & auctoritate magistratus.*
4. *Convocatio potest fieri per sonum campanæ vel tubæ à superiore vel magistratu, irrequisito consensu universitatis.*
5. *Vniversitas congregari debet vel per sonum campanæ vel tubæ.*
6. *Si alicuius universitatis, civitatis, villæ*

villæ vel pagi incolæ vel eorum defensores prætendunt, quòd superior sine eorum scientia non possit per campanæ sonum convocare atque quod hactenus ita sit observatum ipsis onus probandi talem consuetudinem incumbit.

RESPONDEO quod possit. † Ad magistratum enim & superiorem, non verò ad subditos, congregatio populi spectat, *l. observare, C. de decur. lib. 10. l. si id. C. de leg. eod. lib. c. si quis clericorum, 11. q. 1. Guid. Papa decis. 631. n. 5.* † Et magistratui permissum est omnes eos, qui absq; privilegio sunt & signo audito, sine causa non veniunt, ob contemptus magistratus auctoritatem pignoribus captis, mulctæ dictione & aliis modis secundùm causam punire, *l. unic. ff. si quis jus dicenti non obtemperav.* † Et subditi non possunt convocari sine consensu & auctoritate magistratus *Brun. cons. 138.* † Et potest illa convocatio per sonum campanæ vel tubæ fieri à superiore vel magistratu irrequisito consensu universitatis, quia si possum aliquid facere te invito & contradicente, pari ratione quoq; possum id facere te ignorante & absente. Quia non debet expectari præsentia & sciẽtia, quæ nihil operatur, *Dec. in l. qui invitus, nu. 3. ff. de reg. jur. Oldrad. cons. 95. in fin. incip. ex forma istius.* Sed dominus superior vel magistratus potest invitis & contradicentibus subditis universitatum, ergo etiam iis non requisitis. Si super modo & forma qua ea fieri debeat contendatur. † Universitas congregari debet vel per sonum cãpanæ vel tubæ *gloss. in l. aliud, §. refertur, super verb. refertur, ff. de reg. jur. c. in causis extr. de elect. Bald. in cons. 278. incip. dico & consulo, lib. 5. Aym.*

1 2 3 4 5

Cravet.cons.4.n.19.Bart.in l.omnes pupilli.n.16.ff.de just.& jur. ubi dicit solennem vocationē fieri vel sono tubæ vel pulsata campana vel voce præconis, *gloss.& Bart.in l.observare, C.de decur.lib.10.Bart.Socin.cons.59.col.3.n.3.vers.tamen in casu nostro.vol.3.Aym.Grav.cons.134.n.5.p.1.Polyd.Rip.in tr. de nact.super c.5.de campana n.12.* † Inde apparet, si alicuius universitatis, civitatis, villæ vel pagi incolæ vel eorum defensores prætendunt, quod superior sine eorum scientia nō possit per campanæ sonum convocare, atque quod hactenus ita sit observatum, ipsis onus probandi talem consuetudinem incumbere. Nam regulam vel jus commune pro se habens tam diu tutus est usq; dum alius fallentiam vel jus contrarium doceat, *Bart.in l.quoties, ff.si quis caut.l.2.in princ.col.2.ff.si quis in jus vocat.non iver.Aym.Cravet.cons.168.n.8.cum simil.*

Titulus XV.

An dominus censum antiquum subditis suis possit augere?

Respondetur, quod subditis non consentientibus nec volentibus augere non possit, *l.cum satis, §.caveant, & ibi Iac.Rebuff.C.de agric.& censit. Ioan.de Plat.in l.domini, eod.tit.& in l.missi, C.de exactor.trib.lib.10.& in l.quinq; & in l.pen. de omni agro deserto, spec.tit.de censib.§.nunc dicendum, vers.sæpè quoq; cū vers.seq.& Bal.in c.1.qualit.vas.jur.deb.fidel.Bertr.de Carpen.cons.17.vol.1.* Et quòd subditi solum tenentur ad antiquum censum præstandum, *Petr.Iac.in sua praxi, l.1.& ibi Bart.Io.de Plat.Iac.Rebuff.& Luc.de Penn.C.quib.caus.coloni dominos accus.poss.in l.coloni, ibi, exceptis superaction.eod.tit.& in l.1.C.de pascu.publ.lib.11.Iac.Rebuff.& Bald.in l.cum multa, C.de bon.quæ liber.& Alex.cons.145.incip.quoniam abundè & rectè lib.2.& Luc.de Penn.in l.1.C.de superind.col.pen.vers.hæc eadē possent dici in q.qua quæritur, an Rex possit augere servitia honor.feud.c.cū Apostolus, prohibemus, & c.gravis, & c.prohib.de censib.c.2.& ibi oēs de Iudæis, Alber.de Rosa in l.divus, §.usu legato ff.de usu & habit.& in l.ult.C.de offic.præfect.prat.orien.* quos refert & sequitur *Boer decis.132.*

INDEX TITULORUM.

FINIS.